
ARMI E DVELLI
EX LIBRIS
DI
GIORGIO ENRICO LEVI

OCTAVIANI VVLPELLI

A Sancto Angelo Metaurense

TRACTATVS DE PACE, INDVTIIS, ET PROMISSIONIBVS DE NON OFFENDENDO.

IN QVO

Sex, & centum Quæstiones ad forensem praxim pertinentes, examinantur.

Cum Quæstionum, & materiarum Indice.

CVM PRIVILEGIO.



Venetijs, Ex Typographia Guerræa. M D LXXIII.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISS.

D. IVLIVM FELTRIVM DE RVERE

S. Rom. Eccle. Presb. Cardinalem Vrbinensem,

Soræ atque Arcis Ducem &c.

OCTAVIANI VVLPELLI Epistola.

OMNES, *qui Principibus Illustrissimis Vrbinensibus, subditi nascuntur; sub eiusmodi oriuntur horoscopo; ut eos mirum in modum venerentur & colant: quod Federici, Guidobaldi primi, & Francisci Mariæ, proauorum*

tuorum; & Ducum Illustrissimorum fel. recor. testantur sæcula: quibus, in vtraque fortuna, populorum fides, adeò perspicua, & inconcussa fuit; vt etiam aduersus directos dominos, post bonorum naufragium, ipsos iam exules reuocare; & reuocatos tueri, certæq; (vt Poeta ait) occumbere morti, non detrectauerint. Inter quos ego a Ioanne Baptista Britio, auo materno, ortum trahens; qui Federici Scutifer, & Guidobaldi, & Francisci Mariæ, a cubiculis fuerat; & pro eis uincula, carceres, tormenta, & exilium passus est; & a Ioanne Vulpello, patruo magno, & Friderico patre, qui eorum seruitijs incubuere; post plurimos magistratus, ab Illustrissimo Guidobaldo II. fratre tuo habitos; semper in tuorum familiarium albo, adscribi concupiui:

piui : donec quum gubernatoris Romæ, locumtenentis officium, ſub Pio IIII. gerebam ; in Auditorem celſitudinis tuæ, adſcitus fui : vbi integro ſeptennio, & Auditoris, & generalis locum tenentis, in populos tuos Vrbinenſes, Ducatus Soræ, & alios ab Apoſtolica Sede, tibi commiſſos ; integra animi rectitudine, mihi traditum munus expleui. Qua vocationis meæ die, me totum obſequijs tuis, in perpetuum vo-ui : maiores quoſcunque magiſtratus, pilifaciens. Et licet munere functus ; iam triennio ; inter reliquias Suaſæ, tuæ iuriſdictionis ; olim Reip. & Senonum ciuitatis celeberrimæ (de qua Ptolo. Sexta regio. Italiæ ; & plerique alij, tum antiqui, tum recentiores ſcriptores, comminiſcuntur) vixerim ; eius ſoli memoriam, iam emortuam ſu

 ſcitans ;

ſcitans; non id propter, ne dum mente & corde, ſed & opera a ſeruitijs tuis ceſſaui: nempè quia, hoc opuſculum (quod tractatum vocant) de Pace, Indutijs, & Promiſſionibus de non offendendo; pro tenuis ingenij mei facultate; exaraui: & nomini, ac numini, celſitudinis tuæ dicaui: non quia tibi ſit ampliorem famam, commodum ve aliquod allaturum; ſed quòd perſuaſum habeam, tibi pergratum fore; vt qui tua ſtipendia meruerunt; tuoſve populos gubernarunt; & uixiſſe, & aliquid nouiſſe teſtentur: eò amplius, quia, qui nomen amplitudinis tuæ, in operis frontiſpicio uidebunt; alacriore animo, ad illud emendum, & legendum properabunt: fieri non poſſe exiſtimantes, vt opus tua protectione indignum, tibi dicari contingat. Solent

qui

qui Principibus, eorum ſcripta commendant; haud modicè, de ipſorum laudibus præfari: Sed quid ego tempus conteram; remque (vt in adagio eſt) iam actam agam? quum Illuſtriſſimæ Feltriæ proſapiæ nomen, magnificentia, decus, animique rectitudo; tuaque in Deum Opt. Max. religio, in omnes comitas, in populos pietas, probitas, & iuſtitia, iamdiu, Vrbi, & Orbi, innotuerint? & qui ſciam te, eiuſmodi præconia libenter non audire: nec quondam permiſiſſe; quòd populi tui, qui te poſt Deum colunt; qui adhuc ſub aureo viuunt ſæculo; in publica quadam inſcriptione, te Principem optimum, prout Romani Traianum, appellarent. Reliquum eſt igitur, vt qua ſoles benignitate, meos hoſce qualeſcumque labores, recipias; vt me ad maiora promptio-

 rem

rem reddas : & quòd ego , quotidie , Deum omnipotentem , pro salute tua , orem atque obsecrem : quod me toto corde atque animo , facturum polliceor .

Datum Suasæ Cal. Augusti
M D LXXII.

Amplitud. & Celsitud. tuæ

Seruus humillimus ,

Octauianus Vulpellus.

OCTAVIANVS VVLPELLVS

Ad Lectorem.

ACcipe benigne lector, libellum hunc, (quem tractatum vocant) de Pace, Indutijs, & Promissionibus de non offendendo: in quo ferè quæstiones omnes, ad rem pertinentes; & quæ in foro versari solent; breuibus explicantur. Materia est admodum frequens, & practicabilis: in qua adhuc, pauci scripserunt; & multa indigesta reliquerunt. Antequàm negocium hoc ad vmbilicum ducerem; uidi moderniores quosdam, quasi per transennam (ut dicitur) qui in eodem argumento, me præuenere: non quia priores, elabo-

rare

rare cœperint; sed quòd prius, opus absoluerint. Ego enim qui integro vicennio absque dici interpollatione, Illustrissimi & Excellentissimi Ducis Vrbini. Sanctissimi Pij IIII. Romæ, & inde Illustrissimi Cardinalis Vrbinensis, maiores magistratus gessi; a cœptis desistere coactus sum; & opus in perfectum, dimittere: donec pace amplitudinis eius, rurestri allectus lenocinio, vt mihi ipsi viuerem; & Deo, & studijs meis, frequentius inseruirem; inter ciuitatis Suasæ reliquias, triennio quieui: & tunc subcesiuis horis, quum clientum, turba permittebat; tabulæ (ut aiunt) rursum manus admoui: (& qualescunque sint) lucubrationes hasce; Diuino fauore perfeci. Nec quia illi priores, partum ediderint; abortum procuraui; qui sciam, in iure nostro; super eodemmet argumento, quamplurimos elaborasse; nec adhuc satis dictum extitisse. Solent multi aduersus detractores, excandescere;

re; sed ipse illorum nasutam maledicentiam, nihili facio: qui si quid boni scripsi, scio idoneitatem meam, quam sufficientiam uocant, (ut Pau. ait) (si qua est) ex Deo esse: qui ex hoc nullos magistratus ambio; quũ iam me rude (ut in adagio est) donauerim: qui publicæ vtilitati tantum, consului: non quia meæ sententiæ, Delphica sapiant Oracula; sed quòd omnem ferè, (hac in specie) lapidem moui: super his omnibus, meum qualecunque uotum, protuli: vt alijs peritioribus occasio præstetur: quæstiones has, feliciore Minerua discutiendi. Consueuere plerique in rebus iam digestis tantum, fimbrias dilatare; at in ambiguis, aratrum (ut aiunt) eleuare; & conniuentibus oculis pertransire: quod a me minime factum constat: qui potius publico usui, prospicere volui, quàm Sycophantæ morsus euitare. Non curaui multorum testimonijs, (quæ quotas appellant) opus ampliare:

pliare:

pliare : qui ſciam quòd in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum : & qui nolim aliorum racemis,mihi uindemiam comparare : niſi tamen ſic ſententię antinomia expoſtulauerit: id ſemper profeſſus ; vt in ſcriptis meis , nec ſyllaba quidem , ſine operandi virtute , ſtare videatur . Adduxi etiam potius antiquorum Iuris conſultorum teſtimonia ; tanquam omni exceptione maiorum ; quàm modernorum: noſtri huius ſęculi mores deplorans ; in quo neglectis Bartholo , Baldo , Caſtrenſe , & ſimilibus ; ſine quibus , ius Quiritum penè foret in confuſo ; immò & plerumque Vlpiano , Caio , & Pomponio , ſolent quidam , ſoli authoritati vnius ex modernioribus ; vt plurimum incogniti , inniti ; nulla etiam ratione reddita : quod quàm ſit abſonum , peritiores iudicent . Ego enim , ſine lege , vel prudentum authoritate , vel naturali ſaltem ratione , loqui (ut dicitur) erubeſco . Su-

pereſt,

pereſt, vt omnes commonefaciam;ut in hoc meo opere emendando, ne dicam carpendo, publicæ tantum (prout & ego feci) utilitati ſtudeant: nam, ego qui prudentiorum omnium iudicio, me lubens ſubmitto; correctiones omnes, æqui, bonique conſulam. Vale.

ARGVMENTVM.

Hoſti etiam ſeruanda fides, docet iſte libellus:
Quum pax ſeruata eſt, quum uiolata fides.

INDEX QVAESTIONVM, QVAE IN HOC TRACTATV de Pace, Indutijs, & Promissionibus de non offendendo, continentur.

Monacho

Socij

Promis-

INDEX
MATERIARVM OMNIVM, AC NOTABILIVM RERVM,

Quæ hoc tractatu continetur, alphabetico ordine digestus.

A

b 4 *Adhæ-*

Auferens

B

Cartha-

C

Causa

Clausula

Curator

D

E

Exterio-

F

I

L

M

O

Pax,

Promis.

d Ratifi-

SAGVN-

S

V

Vindi-

FINIS.

OCTAVIANI
VVLPELLI
A Sancto Angelo Metaurense

TRACTATVS
DE PACE, INDVTIIS,
ET PROMISSIONIBVS
DE NON OFFENDENDO.

IN QVO

Sex & centum Quæstiones, ad forensem praxim pertinentes, examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Pax quotuplex sit.*
2 *Pax interna, quæ sit; eiusque definitio.*
3 *Pacis externæ, repertor.*
4 *Pacis externæ, definitio.*
5 *Pax, unde dicatur.*
6 *Iniurias facilè negligit; qui scit, sibi maiora a Deo, remissa fore.*

QVAESTIO I.

ALEXANDER III. duobus tantum capitibus (quæ ex Lateranen. Concilio, scripta reliquit; tit. de treug. & pa.) Canonistis, & maximè Guiliel. in Spe. Hosti. in summa. Abb. & Feli. sub eod. tit. in eadem materia, latiore folio, scribendi ansam præstitit: Sed quia nostra hac tempestate, adeò subcreuit hominum malitia; ut cũ Lucano dicere possimus, *Nusquam tuta fides.* operæpretium duxi, ex multis quæstionibus, quæ quotidie in foro uersantur: a maioribus nostris, uel omissis; uel summis tantum labijs (ut in adagio est) degustatis; libellum (quem tractatũ uocant) sub titulo de Pace, Indutijs, & Promissionibus de non offendendo, deprome-

re: Et breuibus antequam ad definitionem
1 deueniamus, uidendum est, Quotuplex sit pax: & duplicem esse respondendum est: Vná quidem,& priorem internam a Deo, qui est Deus pacis. Esay.9.nostris cordibus insitam: de qua Matth.5.Beati pacifici, quia filij Dei uocabuntur. & quæ dicitur Christi pax. ut Io.14.Pacem meam do uobis; non quomodo mundus dat,ego do uobis:quam & Pau. Roma.1.Romanis optat: ibi, gratia uobis, & pax. & c.5.Iustificati ergo ex fide, pacem habentes ad Deum; per Christum. & Isa. 32. sedebit populus in pulcritudine pacis.
2 Quæ & sic definiri potest; ꝙ sit conscientiæ, tranquillitas, & gaudium, gratulantis, sibi cōdonata esse peccata.ut docet Io.Fer.d.c.1. Altera autem pax, est ab hominibus inuenta; sicut & bellum.c.Ius gentium.j. distinct. de qua Pau. Ro. 12.ibi,cum omnibus (si fie
3 ri potest) pacem habentes: Quamprimùm omnium, Theseum Athenis introduxisse,te statur Plin.natura.hist.li.7.c.36. Quæ & externa dici potest: Io.Fer. supra. quia animorum conciliatio,exterioribus, nempè amplexu,osculo,& alijs signis demonstratur: Bal.
4 l.j.nu.5.l.ij.ff.de pact. Quæ a Gof. in summa de treu.& pa.definitur,ꝙ sit discordiæ finis: sed quia id etiā morte cōtingere posset; sat

congrua definitio non uidetur: Bar. consil. 200.ait esse pactum quo discordiæ, seu belli fit finis. d.l.j. a qua definitione omnino dissentit Raynal.Corsus.tract.repacificationũ. c.4.dicẽs, repacificationem esse duarum partium discordium unionem: & Anto.Posseui.de pertinẽ.ad hono.lib.2.dum definit pacem, esse animorum conciliationem; saluo (quatenus fieri potest)utriusque partis hono re: cuius definitio, quia hodie in eiusmodi
5 reconciliationibus plurimùm paciscentium honori consulitur; mihi magis arridet: diciturque a pactione.Bald.d.l.j.2. not. Et hanc secundam pacem, qui priorem habet, facili
6 seruat: quia facilè negligit iniurias; qui scit maiora sibi a Deo remissa fore: ut in proposito dicit Io.Fer.d.c.1. ad Rom. uersi. & pax. Et de hac secunda (priore Theologis relicta) uerba facturi sumus: his tamen quæstionibus omissis,quæ honorem facientium pacem respiciunt: tamquam ad iudiciale forum non pertinentibus: & a Pari.Pu.Alcia. tract.de singul.certa.Mutio Iustinopol.Fausto, Posseui.Raynal.supra,alijsque monomachistis,satis superque discussis.

SVMMARIVM.

1 *Pacis priuilegia,quæ sint.*

QVAESTIO II.

1 QVAE autem sint priuilegia, quæ pacis intuitu, lex indulgere solet; quia nostri non est instituti, extra propositam messem uagari: sat erit indicasse Barbatiam consi. 1. col. pen. in 3. Corset. tracta. de priui. pa. & Alcia. lib. 1. de uerb. signi. ex bono quoque. fol. mihi 29. eiusmodi specialia, pleno cornu enumerantes.

SVMMARIVM.

1 *Pacem inire, an quis cogatur.*
2 *Fratri se reconciliare negantes, ab ecclesiæ congressu repelluntur.*
3 *Prætoris est officium, lites imminuere.*
4 *Papa, uel Princeps, an ad pacem cõpellere possit.*
5 *Pax non est uera, nisi spontanea.*
6 *Pacem habere, uoluntatis est, bellum necessitatis.*
7 *Honor nemini dandus.*
8 *Honor si lædatur, nec Principi parendum.*
9 *Honor uitæ præfertur.*
10 *Quieti publicæ consulendum.*
11 *Principis interest, populos habere pacificos.*
12 *Vtilitati publicæ plurima priuilegia tribuuntur.*
13 *Indutias facere, an quis cogatur.*

QVAE-

QVAESTIO III.

1 INDE quæritur an quis ad pacem in eundam cogi poſſit; & Bart. in l. congruit.nu.4.ff.de offi. præſid.ex illo text. arguere uidetur, ꝙ tam ſingulares perſonæ a Prætore,quàm Ciuitates, & Prouinciæ a Præſide, ob bonum publicum, nedum hortari, ſed & cogi poſſint: Sed profectò ex uerbis tex. hoc elici non poteſt. Quinimmò dum dicit ibi Vlpia. ꝙ congruit Præſidi curare ut pacata ſit prouincia; hoc remedium adhibet; ut ſolicitè agat, ꝙ malis hominibus, prouincia careat; & in facinoroſos animaduertat; non autem ut ad pacem eos compellat: allegat etiam tex. in l. ſi uſusfructus. §. ſi inter duos, alias. l. æquiſſimum. ff. de uſuf. ſed ibi nullum uerbum de pace, qua animi rancor obliteratur; ſed de ciuilium altercationum compoſitione: & tex. in §. deinde. in auth. de manda. princip. quæ (ſi rectè perpendatur) ad rem non facit. Idem & docuiſſe uidetur in l. furti. §. qui iuſſu. ff. de his qui not. infa. ſi quies publica turbaretur; nõ aliter; allegando eoſdemmet tex. Abb. rubr. de treu. & pa. eiuſdem fuit ſententiæ. nempè ut tam Iudex ſecularis reſpectu ſubditorum; quàm eccleſiaſticus reſpectu clericorum, ra-

tione peccati (ut eius uerbis utar) ad pacem cogere possint. adducit. c. si quis contristatus, & c. placuit. xc. distin. quæ respectu ecclesiasticæ censuræ tantum, procedunt; ut fra 1
2 tri suo (iuxta euangelicam doctrinam) se reconciliare negantes, etiam ab ecclesiæ congressu, iusta excommunicatione (ut aiūt uerba tex.) repellātur: quod & perfunctoriè probat consi. 108. nu. 2. in 2. Sicut & prius adnotauerat Castren. l. quidam æstimauerunt. nume. 4. ff. si cer. peta. ex illo Iuliani responso;
3 quo traditum est, ad Prætoris officium pertinere lites diminuere. quod ad casum nostrū non facit: & in d. §. qui iussu. ubi, in priuatis loquendo, dicit tunc coactioni locum fore, cum inimicitia, Reipub. scandalum afferret. allegat. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de cap. & post. re. quæ eius intentionem minimè probat.

Contrarivm sensisse uidetur, Bald. in l. j. §. quies. ff. de offic. præfec. ur. generaliter loquēdo, quòd ad pacem quis debeat suaderi, non cogi: quod & probasse uidetur Alex. ad Bar. d. l. æquissimum: & respondit in terminis Marsi. consi. 98. fidem faciens de communi, aduer. Bar. supra, nu. 8. & Clar. in prat. §. fin. q. 18. in fin. Pet. a Plaz. epit. delic. c. 7. Immò & ipsemet Bar. qui alibi aliter tenuit, in d. l.

æquiſſimum; non auſus eſt tenere, ꝙ Iudex ad pacem ſicut ad tranſac. cogere poſsit: dicens id altiorem indaginem expoſtulare: & cum eadem ſententia (in priuatis loquendo) tranſit Bald. in l. expoſtulatione. C. de ſenten. Sed in l. cum affirmes. C. de libe. c. eam probare uidetur limitationem; quæ a pleriſq; ſupra tradita fuit; nempè (ut eius uerbis utar) niſi guerra Reip. preiudicium afferre poſſet: quem cum eadem declaratione, ſequuntur Feli. rub. de treu. & pa. nu. 7. & Catal. trac. de ſindi. nu. 25. eum allegantes, & in duabus ciuitatibus, Principe ita iubente Marti. Laud. tract. de confœd. prin. q. 12. allegans Bal. uice Bart. d. l. congruit. Sic & in Papa, Imper. uel ſupremis iudicibus tantum, non alijs; probat Iaſ. d. l. quidam. nu. 4. motus ex can. cum inter R. ſeniorem, de elect. ſed & ibi non de pace, ſed de bonorum tantum compoſitione
4 tractatur. Sic & tandem in Papa, ꝙ uniuerſitates, & inferiores Principes ad pacem poſſit compellere, ſcribit Bartho. a Capua ſuper conſtitu. regni. tit. de cultu pacis: allegando dd. c. præcipimus, & c. prolatum, quæ in foro eccleſiæ tantum procedere dictum fuit. & c. attendendum. 19. diſtin. errore calami, ſub 17. q. 4. quod ad rem non facit. Vnde in tanta ſcribentium arietate, putarim ita con-

cludendum, ꝙ nec uniuersitates, nec singulares personæ, ad pacem ineundam, etiam a
5 Principe, cogi possint: quia non est vera pax, nisi spontanea: teste Tho. 2. 2. q. 29. 1. mem. & sponte quid fieri non dicitur, quod ex libero mentis arbitrio non proficiscitur. c. 1.
6 15. q. 1. unde pacem habere uoluntatis est, bellum uerò necessitatis: ut dicebat Augu. ad Bonif. & habetur in c. noli. 23. q. 1. & ideo hortandi sunt homines, non cogendi: ex dictis Bal. d. §. quies. in eiusmodi. n. reconciliationibus, duo sunt præcipua; unum respectu Dei, nempè ut ex corde non ficto, fiat iniuriarum remissio: ut Mar. xj. Matth. 6. alterũ
7 respectu honoris: qui teste Salom. Prouer. 5. nemini dandus: nec quidem patri: ut in proposito ex Aristotelis sententia, tradit Posseui. tract. de hon. li. 1. fo. 42. pro cuius conser-
8 uatione, nec etiam Principi parẽdum: ut probat Mutius Iustin. li. 1. de duel. c. 21. quia super eo nullum quidẽ ius habet: ut ostendere conatur Posseui. supra fol. 301. Cõsequẽs igitur est, ut, cum de iniuriæ remissione, ex corde facienda, tractetur qua in Euangelica doctrina, homines nil durius experti sunt; & de
9 honoris iactura; quæ uitæ nedum æquiperatur. l. iusta. ff. de manumis. uin. sed & præfertur; ut adnotãt Monomachistæ supra. & cum nec

nec legi, nec naturali rõne, cõtrariũ sat rectè probet; ad pacẽ neminẽ cogi posse dicamus.

Limitatur tñ hęc cõclusio, ut a tot patrum sententia, temerè non recedamus; quando ex odio inter uniuersitates, uel particulares per sonas concepto; maximũ, atq; euidens dam-
10 nũ Reip. uel ciuitatis tranquillitati uerosimi liter immineret: satisq; cautionibus de nõ of fendendo, indutijs, armorũ depositione, & si milibus; publica quies tuta nõ foret: Tunc.n. arbitror, partes, & a Principe, & a Pręside ad pacẽ compellendas; non quidẽ præcisè; ita ut a detentione, uel carceribus, nisi facta pace, non liberentur; sed per indirectum; principa liores, & magis suspectos è ciuitate, eiusmo di prætextu eijciendo, uel relegando: sub pœ nis, & cautionibus quæ Principis, uel Pręsi dis prudentiæ relinquuntur. & sic Bart. d. l. congruit. Bald. d. l. cum affirmes. Felin. & cæteros, fore interpretandos: idemque postea sensisse reperit Iod. Brug. enchiri. re. crimi. tit. de pa. compo. c. 145. num. 4.

Limitatur etiam, ut non procedat, qñ pax saluo utriusque partis honore, fieri posset: tunc.n. etiam euidenti scandali periculo non imminente; Princeps cuius interest populos habere pacificos; discordes, nedũ hortari, sed & modis de quibus s. per indirectum cogere

potest;

pōt: cum de honoris præiudicio non tractetur; & facilis sit odij dissidiiq; depositio: & hę limitationes ob bonū publicum sustineri posse uidentur. Scimus enim utilitati publi-
12 cæ, quàm plura priuilegia indulgeri: & eius fauore quandoque a regulis iuris recedi. l. de pupil. §. si quis riuos. ff. de nouis ope. nunc. ut fusius adnotauere Bald. l. j. C. de hære. uel act. uen. Roma. l. si uero. §. de uiro. ff. sol. mat. Alcia. lib. 1. de uerb. sign. uersi. ex bono. & Aymo de antiqui. tempo. 4. part. §. minus. circa
13 nu. 6. Minus dubij est in indutijs (quas treugam uocant) cum enim ad tempus fiant; nec de odij remissione, nec honoris iactura, tractetur; certius est, uniuersitates, & singulares personas ab ijs qui sibi præsunt, cogi posse; ut temporis interuallo, pax pertractari, & discordię componi commodè possint. ut Abb. Fel. Capua. & plerique alij supra rectè censuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum speciale ad pacem, an requiratur.*
2 *Administratio libera, in mandato; ad bona, non ad honorem pertinet.*
3 *Mandato generali, non continentur; quæ speciatim demandari solent.*

QVAE-

QVAESTIO IIII.

1 INSVPER quæritur an ad pacem faciendam, speciale mandatum requiratur; & requiri respondeo. l. mandato. ff. de procu. quæ in transactione procedit, & in pace probant Guiliel. in Spec. ti. de treu. & pa. §. 1. num. 4. & Nel. tract. de ban. 3. par. 2. tempo. q. 37. Marti. de Laude tract. de confœde. princ. q. 59. quod & uerum puto, etiam si procuratorium cum libera administratione traditum constet: Villa. pand. in repet. l. xxij. c. 66. Libera namque administra-
2 tio, ad bona, ad censum, nō ad honorem pertinet: ut in manumissione docet tex. in l. nec mulierē. C. de uind. liber. & licet tex. in c. qui ad agendū. §. procurator. de procur. in 6. contrariū decernere uideatur; ibi ex uerbo, pacisci; illum in pacto, non in pace, de qua agimus, accipiendum puto: ut etiam sentire uidetur Ancha. ibi, col. 2. qui ponit particularem quæstionem de pace; quam frustrà poneret, si sub uerbo pacisci, canon de pace intelligeretur & ipse etiam post Io. And. cum ea transit sententia, ut speciale mandatum requiratur: ea enim, quæ non nisi speciali ius-
3 sione demandari solent, mandato uerbis quātumuis generalibus concepto, non continentur;

tur: ut adnotãt scrib. supra. & expressis uerbis, Alcia. li. 1. de uerb. sig. uersi. exceptis igitur. fol. mihi 9. ꝙ si in procuratorio aliquos casus similes, & eiusdem naturæ promiscuè specificatos, cum generali clausula proponamus; etiam ad pacem extendi compertũ est. ut probat tex. sæpe dictus, quem ita interpretantur Lap. & Ancha. supra.

SVMMARIVM.

1 *Mandatũ ad pacem, an mandantis morte expiret.*
2 *Mandatum morte finitur, etiam quòd subsit ecclesiæ fauor.*
3 *Matrimonium a procuratore reuocato, an ualeat.*

QVAESTIO V.

1 HVIC & illa subnecti potest quęstio; an eiusmodi mandata, morte mandantis euanescant: & speciali pacis priuilegio adhuc uires habere censuit, Corset. tract. de priui. pa. uersi. 93. nu. 28. alleg. Guiliel. supra tit. de homi. uers. sed pone. nu. 6. qui rectè perpensus, hoc non dicit: sed ꝙ pax à uulnerato absenti, & pro eo stipulanti facta; etiam eo mortuo, rata haberi potest; & nimirum, quia respectu uulnerati, res inte

gra

gra non erat: ut ipsemet Guiliel. arguit ibi nu. 7. & pro affirmatiua concludit etiã Marsi. singu. 44. incip. mandatum, & plerique alij Moderniores, allegantes Bald. in addi. ad Spec. supra. Sed illa additio non est Bal. neque Ioan. And. ita ut eorum autoritati quidquam sit tribuendum: & allegatus tex. in l. ij. ff. ad Silla. loquitur in domino, qui testamento seruos de eius morte exculpauit. & in l. si uerò remunerandi. §. fi. ff. manda. in actu, qui post mortem mandantis erat perficiendus: quæ quidem, quantum ad rem nostram pertineant; prudens lector arbitrabitur. Ego a regula temerè recedendum non puto. §. penul. Institu. manda. quum adductæ leges non probent; ratio non suadeat; nec autoritas urgeat: & licet pacis fauore plurima specialia aduersus iuris communis regulas inducta sciam; hoc in consequentiam trahi posse non
2 uideo: quinimmò constat etiam ecclesiæ fauore, Episcopi mandatum eo mortuo, lite etiam contestata, extingui. Cle. fin. de procur.
3 & non ualere matrimonium a reuocato procuratore contractum; etiam ꝙ intimatio nõ fuerit subsequuta. c. fi. ubi Ioan. And. de procur. in 6. cum his quæ congerit Ias. l. more. nu. 17. ff. de iurisd. om. iud.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pax in testamento an fieri posit.*
2 *Actio iniuriarum, sola dissimulatione abolctur.*

QVAESTIO VI.

1 INSVPER quæri solet, an pax in testamēto, sicut & in contractibus fieri possit: in quam q. Bal.l.j.nu.5.ff.de pact. satis perfunctoriè loquutus est: allegando tex.in l.ij.& fin. ff. ad Trebel, qui ad rem non faciunt. & se remittendo glo.in §.fi.Insti
2 tu.de iniu. quæ non in pace de qua agimus, sed in remissione actionis iniuriarum in testamento facta, procedit: & nimirum quia ea actio, sola dissimulatione aboletur, ut sonant uerba tex. ibi quidquid dicat Bos. tract. crimin. tit. de pace. nu. 20. sed & præsens quæstio ex sequenti dissoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Pax, an absenti fieri possit.*
2 *Pax in testamento facta, testatore reconualescente, an procedat.*
3 *Pax an ualeat si extraneus pro absēte stipuletur.*

Absentia

4 *Absentiæ defectum, an iuramentum in pace suppleat.*
5 *Iuramentum, iuris pub. defectum non supplet.*
6 *Iuramentum, tacitam habet conditionem si pars acceptet.*

QVAESTIO VII.

1 AN autem pax absenti facta, procedat; DD. communi uoto, non ualere testantur; nisi nuncius, epistola, Notarius, uel alia publica persona intersit; quæ absentis nomine stipuletur: ex Bar. in l. debitor. ij. ff. de arbit. & in l. j. ff. de iu. fi. & probat Bald. in l. ij. nume. 4. C. de liber. & eod. liber. dicens, quòd ea quæ in pœnitentiali foro fieri consueuit, ualet; altera uerò, quam ipse solemnem appellat, minimè: nisi organo mediante. cũ quibus transiuere But. c. fi. de confes. Alex. ad Bar. l. non solum. §. iniuriarum. ff. de iniu. & Nel. tract. de banni. 3. par. 2. temp. q. 43. & est satis uulgata conclusio; de qua etiam Corset. de priui. pa. nu. 27.
2 Vnde est, ut nuda pax in testamento facta; testatore reconualescente; bannito non opituletur. quod & ad præcedentem quæstionem pertinet. Idemq; si etiam extraneus, alieno nomine stipulatus sit; nam cessione, & ratificatione re adhuc integra sequuta, ualet stipulatio.

latio.Bar.l. ſtipulatio iſta.§.alteri.de uerb.obli. Alex.& Moderniores adden.conſ.13.nu.12.in prin.Dec.l.quo tutela.in fi.ff.de reg.iu.

4 Et idem ſi iuramentum acceſſerit, uulga. gloſ.in c.quoties cordis oculus.1.q.7.quia iuſiurandum Deo præſtitum uidetur.c. debitores.de iureiur. quem abſentis præſentiam ſupplere dicunt; & pro abſente acceptare.l. properandum.§.ſin autem.uerſi. Dei præſentia. C. de iudic. & operatur ac ſi ille cui promittitur eſſet præſens.Bald.rub.C. res inter ali.ac. Anch.conſi. 20. pro ſolutione dubiorum: etiam ſi nemo pro abſente acceptet; ut fuſius congerunt Alex.conſi.185.nu.6.in 6. & 207.nu.2.in 7.Roma. Alex.Iaſ.d.§. alteri. & Inſti.de inutili ſtipul. §. eodem.

Sed horũ ſententia ſic rudi (ut aiunt) minerua, percepta: ſatis tuta nõ uidetur.ex his quę tradunt Bald.c.cum contingat.5.concl. de iureiur. Fab. §. ſi quis alij. Inſti. de inutil.ſtipul. Anto.Baue.de effec. iur. nu. 24. & Moderni adden.ad Alexan.dd. conſi.185.& 207. nec mirum quia quum lex certos modos requirat; quibus tertio ius acquiratur; putà partis præſentiã, uel notorij ſtipulationem; iuramenti uirtus ſufficere non uidetur; niſi modi illi obſeruentur. ut in ſimili dicebat Alex.conſil.28.in 3.Feli.c.cum ſuper.de offi.

offi.deleg.& Alcia.consi.9,nu.13,lib.9. sua-
5 det,quia iuriſiurandum, iuris publici defectum,non supplet.l.ius publicum.ff.de pact. ut non longè a casu nostro scripsit Ange. authen.de iureiur.a more præsti.Sali.Ias. auth. sacram.puberum.C. si aduer. uendi. Georg. Nat.c.quamuis.de pact.in 6. & Alcia.consi. 8.nu.16.eo.li.iuxta recentiorē impreſsionē.

Certior esset hæc conclusio, si supponamus ratificationem,seu acceptationē pacis,re integra factam fuiſſe;quæ ab initio nuda,& inualida fuiſſe nō uidetur: ex quo eius obseruantia iusiurandi religione Deo Opti. Max. promiſſa fuit.d.c.debitores: prout in pace penitus extraneo pro tertio facta, iā diximus: qui eiusmodi iuramentum pro absente acceptaſſe uidetur, eo casu, quo deinde absens acceptet. l.certum.§.si quis absente.ff.de confes.ut post Rui.consi.180.num.12.in princ. Deci.consi.432.in fi.Cagno.l. fin.nu.273.C. de pac.respondit Alcia.consi.28.nu.8.&97.
6 nu.4.lib.8.habet enim iuramentum tacitam conditionem ex natura actus uidelicet si absens acceptet.arg.l.fi.C.de non nu.pec.ut expreſsis uerbis scripsit Alcia. d. consil.28.& consil.30.nu.19.eo. lib.

B SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pater an pro filio, pacem facere poſsit.*
2 *Filius, an inuito patre paciſcatur.*
3 *Pater, quando iniuriarum actionem remittat.*
4 *Iniuriæ ex corde dimittendæ.*
5 *Honori filiorum, parentes derogare non poſſunt.*
6 *Filij in concernentibus honorem, parentibus obe dire non tenentur.*

QVAESTIO VIII.

1 INDE & quotidie in dubium refricatur. An pater pro filio, pacis fœdus inire poſsit; & Bart. in l. ſed ſi unius. §. filiofam. ff. de iniu. quem ſequuntur Alex. & Albe. ibi, per illum tex. indiſtinctè pro affirmatiua reſpondit: quod not. dicit pro ſtatuto propter pacem pœnam remittente. & in l. Lucius. ff. ſol. mat. niſi tamen pater uilis eſſet perſona; reſpectu filij: ut d. §. filiof. nu. 3. uel iniuriam inferens, coniunctus: per tex. d. l. Lucius. qui rectè perpenſus Bart. intentionem non probat: ut ſenſit etiam Cõm. ibi: cum quo Bar. in omnibus tranſiuiſſe uidetur. Iaſ. l. in perſonam. per illum text. ff. de pac. quem legit ſub l. contra iuris. §. ſi filius. nu.

nu.15.allegatus etiam ab Alcia. consi. 13.in
2 v.ita ut filius pacem facere non posit inuito patre; Pater uerò etiam ipso repugnante: Catal.de sindica.num.128.decisi. Delphi.677. Boer.decisi.120.Bos.tit. de pa.nu.16. Pet. a Plaz.epit.delic.c.6.nu.19.Clar.lib. 5. sent.§. fi.q.58.qui tamen rectè perpensi;in remissione actionis iniuriarum, & non in pace loquuntur: Ange.d. §. filiofam. distinguendo, an statuti uerba, simpliciter pacem requirãt; uel ab offenso;ut primò casu pater; secundò filius, pacisci possit;tandem Bar. sequi uidetur:sed tex.in d. §. filiofam. in quo se fundat Bar.loquitur in actione iniuriarum,quæ patri competit;si præsens est;si abest; filio:nisi parẽs sit uilis, ut s.quod Pet. a Plaz.& Clar. sensere: non autem in pace, in qua rancor, & iniuria remittitur: Vnde nescio quomodo ad statuta pœnam propter odij remissionẽ, & sic ob bonum publicum minuentia; legis uerba trahi potuerint.

Sat cautius in remissione actionis iniuriarum, loquutus uidetur Guiliel. in Spe.ru
3 bri.de iniu.nu.12.dum dicit patrem remittere posse actio.iniu.prætoriam,quæ est quãdo iniuria punitur ex edicto; ut declarat Cy. in l.si non conuicij.nu.5.C. de iniu.qui in ea quæ ex lege Corne. descendit dubitat; eam

uerò quæ ex crimine publico minimè posse contendit: ex tex. in l. inter liberas. §. filiusfa. ff. de adulte. ubi ex diui Hadri. rescripto, probatur filiumfa. etiam inuito patre, de adult. accusare posse, & id propter in diuersam sententiam Azo. titu. de iniu. §. datur. & Hosti. titu. eo. col. 3. transiuere.

Vnde concludendum uidetur in hac. q. satis malè ab antiquioribus discussa; ut fatetur Fran. Are. d. §. filiofam. quòd aut sumus in actio iniuriarum, quæ ex edicto prætoris descendit; & eiusmodi leuibus propter quæ filii honor non læditur, prout in damnis datis in bonis filii, & simil. & patrem etiam inuito filio, remittere posse: & pacem, idest concordiam (ut aiunt) facere. Aut in actione iniuriarum, quæ ex l. Cornelia, uel publico crimine procedit; & actionis exercitium, ipso uiuente impedire filio posse; non autem remittere, argumen. l. ij. §. cæterum. ff. solut. matrimo. & nihilominus filium agere posse; nec cauere debere, rem ratam patrem habiturum, ut dicebat Vlpianus. l. lex Corne. §. illud. ff. de iniur. quia sibi principaliter non patri facta est iniuria; ut declarat Alciat. l. cum filiusfami. nume. 30, ff. si certum petat. rancorem autem & odium, quod ex offensa sibi facta gerit filius, dimit

tere,

tere, & de eo pacem facere ad ipſum non pertinere. & ita licet non ita clare ſenſiſſe uidetur etiam Nel. ſupra. quæſt. 47. & nouiſſimè Arius Pinel. l. j. par. iij. num. 105. C. de bon. mat. & ratio ſuadet. nam quum eiuſmo
4 di iniuriæ, ex corde ſint dimittendæ, ut habetur Matth. 5. & ſtatuta in delictis pacem requirant; ut ſcandalis obuiam eatur, & pacatæ ſint reſpublicæ, teſte Iaſ. in §. Cato. num. 59. de verb. obliga. filiorum uoluntas exquirenda eſt: ut etiam ſenſiſſe uidetur Guiliel.
5 ſupra. & nimirum quia parentes filiorum honori quidquam detrahere non poſſunt, nec filii in concernentibus honorem, parentibus obedire tenentur. ut probatur ex text. in allega. l. inter liberas. §. filiusfam. & communi uoto docent Monomachiſtæ omnes; & maximè Poſſeui. tract. de honore, libro primo, fol. 42. prout & in ſubdito, reſpectu Principis, ſuperius dictum fuit. Quod eſt clarius, ſi lex municipalis non ſimpliciter pacem requirat, ſed ab offenſo: quia filius principaliter offenſus dicitur. d. l. lex Corn. §. illud. & in propoſito dicebat Ange. d. §. filiofam.

SVMMARIVM.

1 *Filius ob offensam non dicitur proditor; si pacem a patre factam, ratam non habuit.*

QVAESTIO IX.

1 ET hinc consequens est, ut patre pro se & filijs pacem ineunte; filius qui non ratificauit contrauenienS; proditor pacisque uiolator, non dicatur: licet aduersus patrem, qui pro filiis promisit; conuentionalis pœna committatur. Ex his quę scribunt Cor. consi. 26. in princ. Paris. 109. in prin. & his quæ inferius latiore folio deducentur.

SVMMARIVM.

1 *Filius, patre inuito, an pacem faciat.*
2 *Euangelio magis quàm patri parendum.*

QVAESTIO X.

1 SIc & iisdem rationibus filius etiã inuito patre, (quò ad ipsum attinet) de offensione sibi facta, pacem

cem inire poteſt: & etiam quia, magis Euangelio parendum, (quod iniurias dimitti iubet: & cum omnibus (ſi fieri poteſt) pacem habuerit) quàm parentibus; Matth. 5. Roma. 12.

SVMMARIVM.

1 *Filio qui ab hæreditate ſe abſtinuit; an pacis faciendæ ius competat; uel extraneo hæredi.*
2 *Filius habet ius agnationis inſeparabile.*
3 *Iniuriæ proſequutio, hæreditario iure non cōpetit.*
4 *Accuſãdi ius, ad proximiorẽ ſanguinis pertinet.*
5 *Hæres uerbum, an de uniuerſali ſucceſſore accipiatur.*
6 *Hæredis appellatio, in materia differenti, an pro filio capiatur.*
7 *Scandalis obuiam eundum.*

QVAESTIO XI.

QVID autem ſi municipali lege caueatur, ꝙ homicidę ad patriam reſtitui non poſſint; niſi prius ab hęredibus occiſorum pacem habuerint: prout
1 communiter in Italia obſeruatur: An filio qui ab hæreditate ſe abſtinuit; uel potius extraneo hæredi faciundæ pacis ius competat? hanc.q. in arenam poſuit Bart. in l. ſi filius 2

qui patri.num.8.ff.de vulg.& pup.quem sequuti sunt Bal.Imo. Commẽ. Alex. Ias. qui de cõmuni testatur,nu.21. Crot. Rui. uulg. §.Cato:primus.nu.150.secundus.102.Rimi nal.l.qui se patris.nu.82.C.un.lib.Boer. decis.121.& Dec.c.in præsentia.nu.63. de proba. tenentes ius illud ad filium pertinere:ea potissimum ratione,quia ex subiecta materia statutum de hęrede sanguinis, non bono
2 rum interpretatur.nam licet filius non sit hęres in effectu, habet tñ uis agnationis insepa rabile, & ius vindictæ. vt dicebat Bal. supra in calce legis,ipsiq; propensior est dolor.l.ij. §.fi.ff.de adult.c.non ęstimamus.13.quęs.2. qui paterni corporis est portio. l. cũ scimus. §.fi.C.de agri.& cens. li. xj. & vna caro cum patre. §. hac authoritate. 35. distin. Suadet
3 etiam quia iniuriæ persecutio hęreditario iure non competit.teste Bar.in l.damni.§.sabi
4 ni.ff.de dam.infec. & proximior sanguinis in accusandi munere, aliis est præferendus. l.si vero.§.hæc actio.ff.de his qui deiecer. vel effu. cum his quæ fusius tradit Pet.a Plaz. li. j. epit. delic. c.45.nu.3.

Contrarium docuit Nel. d. trac. de ban. iij.par.ij. tempo.q.35. licet casum dubium fateatur: ex communi interpretatione, quòd
5 verbum hæres de vniuersali successore intel ligatur.

ligatur. l.ſciendum. de verb. ſig. & eiuſdem ſententiæ fuiſſe aſſerit Bald. l. ij. C. de liber. & eorum liber. qui de hoc nullum verbum; immò contrarium ſentit. num. 3. dum dicit, quòd pacem facere, hæreditario iure non cõ
6 petit. & in. l. ſeq. quòd in materia differenti nomen hæredis pro filio ponitur: allegat & Barto. ſibi contrarium in §. Cato. ſed pro eo, nec quidẽ ſyllabam dicit. Verum eſt Aretinum, & Alc. d. l. ſi filius. aduerſus Bart. & cõmunem ſenſiſſe, niſi ſimpliciter de pace habenda, lex loquatur, reſeruata tantũ filiis iniuriarum actione. Sed non id propter a prio re ſententia recedendum puto; quidquid dixerit Alcia. præceptor meus, (cuius opinionum, obſeruantiſſimus eſſe ſoleo) qui ſciam ea potiſſimus ſtatuentes ratione motos, ut quieti publicæ, & priuatæ conſulerent, ne dũ homicidæ ad patriam proximioribus non
7 pacatis reſtituerentur; ſcandali præberetur occaſio: aduerſus. l. æquiſſimum. ff. de uſuf. cum uulg. & hanc rationem vidi poſtea etiã Iaſ. perpendiſſe, in l. cum filioſa. nume. 100. de lega. primo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Monasterium pro filio monacho; an pacem faciat.*
2 *Monasterium habetur loco filij.*
3 *Monachis uindicandi ius non competit.*

QVAESTIO XII.

SED si unicus filius sit hęres, isq; cá pacem religionem ingrediatur; iuxta auth. ingressi. C. de sacrosan.
1 eccle. numquid a monasterio pacem habere sufficiat?& cessantibus filijs, alijsque cohæredibus, satis esse putarim, quum monaste-
2 rium sit loco filij, uerusque hæres. Fel. Deci. & Moderniores. c. in præsentia. de proba. & statuti uerba de hærede loquentia: ex eorum proprietate hoc sonent: quam facere qui monasterio præsunt, detrectare non debent: a
3 quibus pax, alijs quotidie prædicanda est: & quibus uindicandi ius non competit. glos. c. fraternitas. 12. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Abbas an de homicidio in monachum pacem faciat; uel filius.*

Iniuria

2 *Iniuria defunƈto faƈta, extraneum hæredem non reſpicit.*

3 *Clericorum arma, lacrymæ & orationes.*

QVAESTIO XIII.

Magis dubia eſt inter maiores noſtros altercatio, an monacho occiſo, qui filium legitimum ante monachatum ſuſceperat; ius faciundæ pacis ad Abbatem, uel filium pertineat: quam nouiſſimè diſcutit Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.fi. q.68. uerſ.ulterius quæro, nu.25. dicens pro filio. Fede.de Sen. conſuluiſſe; conſ. 174. & Boe. de communi teſtari; deciſ.121. quibus etiam Pet.a Plaz.epit.lib.1.c.42.nu.16. multa congerens, adſtipulatur. Sed Fed.loquitur in pœna quæ a ſtatuto hæredibus occiſi applicabatur. ſicut etiam & Boe.& Plaza.

Pro monaſterio autem allegat Alcia.l.iiij. §.Cato.nu.175.ff. de uerb. obl. quo cum ipſe, etiam tranſire uidetur; ſi occaſione monaſterij, & non eius perſonę, offenſio facta proponatur. quod & prius perpendiſſe uidetur Boe.ſ.nu.9.uer. quid dicendum.

Ego autem ſic diſtinguendum putarem; quòd ſi de pœna hæredibus occiſi applicāda tractetur; monaſterium capax admittatur: prout

ut & Fed. in terminis disputando, concludit consi. 35. aduersus ea, quæ postea. d. consil. 174. respondisse constat.

Si uerò de pace ab hæredibus obtinenda; monasterium a patre, uel filio occisi excludatur; siue occasione monasterij, siue aliter monachus fuerit interéptus; quia iniuria defun
2 cto facta, extraneum hæredem non respicit. l.j.ff. de iniu. ut fusius docuere Feli. & Paris c. in præsentia. de proba. & Plaza. d.c.42.nu. 18. alias municipali legi satisfactum non foret: quę ut inimicitiæ exinguantur, pacem re
3 quirit; si a monasterio (cuius arma lacrymę & orationes esse debent). c. conuenior. 23. q. 8. pax exquireretur: patre uel filijs, qui in sęculo remanserunt, penitus neglectis. ut supra, me pluries repetijsse, memini.

SVMMARIVM.

1 *Masculo & fœmina hæredibus, an satis sit pacem habere a masculo.*
2 *Fœmina, an uindicandi ius habeat.*
3 *Vindicta extraiudicialis, non iudicialis a statuto perpenditur.*
4 *Fœminæ ad uindictam pronæ.*
5 *Fœminarum scientia in ueneficijs præualet.*
6 *Fœminæ uiris insidiosiores.*

QVAE-

QVAESTIO XIIII.

1 QVID autem si masculus, & fœmina hæredes reperiantur; An a masculo tãtum pacem habere sufficiat: Bal.l.cum inter ueteres.C.de fidei cõ.lib.& in l.Titia, prima.§.Lucius.2.de leg. 2.& rectè perpensus in c.j.§. & quia. nu. 14. qui feu.da.poss.licet in contrariũ allegari soleat; concludit, sat esse, ꝙ masculus pacem fa
2 ciat; ac si ius uindicandi in fœmina non considerararetur: quod & probare uidetur Ange. l.pro hærede.§.fin. ff.de acquir. hæred.Pa. l. iiij.§. Cato.nu. 9. de uerbo.obliga.transeundo cum Angel.ibi & gloss. d. §.& quia. Barba.in addi.ad Bal.d.§.& quia.Ias.l. cum filio fam.nu.100.de leg.ij.Dec.c.in præsentia.nu. 63. de probat. cum his quæ congerit Tiraq. 1.l.connubi.nu. 58.

In diuersam sententiam allegatur Ange.l. unica.C. de his qui se deferunt, lib. 10.qui de hoc nullum uerbum: item & Felin. c.cum oporteat.de accu. qui tamen non figit pedes; & inter utranque uolat: Roma. & Alexand. in d.§.fin.& d.§.Cato, & post eos Aret. Barba.Alciat.nume.199.Boer.decisio.131.Anto.Gomes.c.3. delic. nume. 65. Pet. a Plaz.

epit.delic.c.46. num. 11. reprobantes glo.in d.§.& quia:tamquam ius uindicandi ita fœminabus, ſicut & maſculis competat.l.ſororem.C.de his qui.ut indi.& Boſ.in pra.tit.de pa.num. 8.

Ego in hoc opinionum anfractu, mihi ipſi non ſatisfacio, niſi cum hac diſtinctione, quòd aut fœmina, hæres cum maſculo, inſtituta, eſt filia; uel aliter conſanguinea, occiſi; & tunc etiam ab ipſa, pax neceſſariò requiratur.: tũ quia ut s̃.aliàs dixi, uerborum uis ita
3 ſuadet; tum etiam quia ſtatuentes uerosimiliter, potius ad uindictam extraiudicialem, quàm iudicialem reſpexerunt: ut perpendit Iaſ.d.l.cum filioſa. quam licet proprijs manibus, fœminę facere non ſoleant; non eſt tamen, ꝙ homicidam patris, uel fratris ad patriam reſtitutum uidentes; ſanguinis ardore, atq; ira percitæ, alios conſanguineos maſcu
4 los ad uindicandum excitare uel pecunia, uindictam fieri, mandari non queant: ſuaptè enim natura, mulieres uindictam appetunt: teſte Iuuenale ſaty. 16. ibi. Vindicta; Nemo magis gaudet quàm fœmina. & quod ferro aſſequi nequeunt; ueneno perficiunt: ſcribit namque Plin. natura. hiſto. lib. 25. c. 2. fœ
5 minarum ſcientia in ueneficijs prævalere. &
6 Ariſtote. lib. 9. animalium, fœminas, uiris inſidio-

insidiores esse.

Aut fœmina hæres instituta; non est consanguinea; & sat esse, a solo masculo pacem requiri: & in hanc sententiam sum pronior, quia Bal.Ias.Dec.s. simpliciter in fœmina loquuntur; nulla consanguinitatis mentione habita: licet ex ratione quam allegant, quod ius uindicandi fœminabus non competat, sanguinis iura, non perpendant: quæ quidem hac in specie principalius attendi debent. quod & sensisse uidetur Io. Camp. tracta.de do.q.49.nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Vxoris hæredis, pax, an exigatur.*
2 *Vxor una caro cum marito.*

QVAESTIO XV.

1 ET idem in uxore hærede, ut supra a marito, homicidæ ministerio, separata; quo cùm a Deo coniuncta fuerat, & quæ in proprium corpus offensa
2 uidetur; ex quo erat una caro cum marito, & propter magnum amorem quo ad inuicem afficiuntur.l.j.§.fi.C.de adul.c. gaudemus.§. quia uerò.de diuor.Genes.2.& iux.illud Propertij

pertij lib. 4. Omnis amor magnus, sed apertè in coniuge maior.

SVMMARIVM.

1 *Spurij an cessantibus filijs legitimis, & naturalibus, ac hæredibus; pacem faciant.*

2 *Spurij a iure ciuili incogniti; ita ut coniunctorum appellatione non contineantur, nec familiæ appellatione.*

3 *Spurij in cautione pro se & filijs, non comprehenduntur.*

4 *Spurij statuto de compromissis, inter coniunctos, non alligantur.*

5 *Spurijs de matricidio ius accusandi competit.*

QVAESTIO XVIII.

1 INDE & quæri potest, an cessantibus filijs legitimis & naturalibus, uel hæredibus, ut supra; spurij ad pacē faciendam, alijs cognatis præferātur. &
2 quia a iure ciuili sunt incogniti, ita ut nec cō iunctorum appellatione comprehendantur. Bald. l. id quod pauperibus. C. de episco. & cle. nec de familia, uel agnatione dicuntur: Bar. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de uerb. sig. facile est pro negatiua respondere: prout & Iodo.

Iodo.Brugen.in Enchir.rerum crimi.c.146.
3 nu.12. suadet quia qui pro se & filijs de non offendendo cauere tenetur, pro spurijs non obligatur. Dy. Bal.l.cum pater. §. nolo. ff. de leg.ij. Alex.l.ex facto.§. si quis rogatus.num.
4 48.ff.ad Trebel.& qui cum coniunctis compromittere cogitur, quoad spurios tutus erit: Alex.consi.60.in 6. quidquid in naturali bus responderit Fulgo. consi. 109. de quibus omnibus infra. q. 84.

CONTRARIVM autem receptius esse asseuerant Pet.Bellus de re mili.fol.139.nu. 64. & Iul.Cla.li.sententiarum.§.fi.q.58.uersi.scias autem. Sed hoc, matre occisa tantum admittendum putarem; quia pro matricidio ob certitudinem, ipsis accusandi ius cõpetit. l. si spurius.l.hac parte.ff.un.cogna. Bal.l.quisquis.C. ad l. Iul.maie.Imol.Alex.d.l.ex pacto: dummodo legitimi filij non extent; & ex damnato coitu non procedant. teste Pet. a Plaz.epit.delic.c.41.nu. 29.

SVMMARIVM.

1 *Spurij pater, an de ipsius morte paciscatur.*

QVAESTIO XVII.

1 SICVT è conuersò eadem ratione pater de morte spurij pacem facere non potest: quam his casibus, solus princeps condonabit. Iodo. supra.

SVMMARIVM.

1 *Tutor uel pupillus cum eius authoritate, an pacem ineant.*
2 *Pupillus doli capax, sine tutore an pacem faciat.*
3 *Curator patris furiosi, an ad faciendam pacem admittatur.*
4 *Iniuriam multam relinquere, an dedecus sit; personarum qualitate pensandum.*

QVAESTIO XVIII.

1 SVCCESSIVE dubitatur, An tutor, uel pupillus cum tutoris authoritate, de morte patris; pacis fœdus inire possint: Guiliel. in Spec. tit. de homi. §. 1. nu. 6. satis confusè, eam probare uidetur sententiam, ꝙ pupillus, cum tutoris authoritate possit: & post eum Bald. l. iusiurandi. ff. de iureiu. & in l. j. C. de in inte. resti. mi. nu. 4. quem

quem ſequitur ibi addens Barba. Ab. conſi. 108. in ij. qui reſpondit ualere pacem a ſolo pupillo doli capace cum iuramento; uirtute auth. ſacram. pub. cui adſtipulatur & Iaſ. l. pactum curatoris, nu. 5. ſaltem tutoris authoritate intercedente: & cum his etiam in tutore ſimpliciter, tranſit Boſ. trac. crimi. titu. de pac. nume. 14.

3 Et etiam in curatore furioſi patris, pro filio reſpondit Alci. conſi. 42. lib. 5.

Sed Bal. poſt Iaco. Butri. d. l. pactum in tutore loquendo, contrarium ſentit: niſi pupillo pacem facere expediat: puta quia inimicus ſit potẽs, poſſitq; ueroſimiliter ei, in perſona uel bonis, nouam noxiam ſuperaddere: non autem cum attenta pupilli qualitate, dedecus foret iniuriam inultam remittere. l. miles. §. ſocer. ff. de adult. quem ſequuti ſunt Pa. Albe. Alex. Iaſ. Sal. nu. 3. & Dec. nu. 7. Cur. Iu. nu. 17. Ancha. c. qui ad agendum. de procu. in 6. Pet. a plaz. epit. delic. c. 45. nu. 8. & hoc receptius eſſe, aſſerit Alex. d. l. pactum; Alci. d. conſi. 42. fatetur tutorem eo caſu remittere non debere, ſed factam remiſſionem ualere.

Sed cum Bald. & ſequacibus etiam ipſe tranſeo: tum reſpectu pœnæ conuentionalis, quam pupillus in ſtipulatione ex com-

muni ſtylo promittit;& quam Bald.& Saly. in d.l.pactum.& Bald.d. l. iuſiurandi.plurimum perpendunt; & legalis, quæ grauior eſt, ut dixi infra.q. 51. & etiam non ſtipulata appoſita cenſetur; Tum etiam quia eiuſmodi pacis contractus, longè maioris ſunt penſi,quàm fundi alienatio: in qua, ne minor decipiatur; lex tam prouidè ſe geſſit; quippè ꝙ pacem faciens, animam inferis, corpus pœnæ, bona fiſco, & honorem infamiæ,in contrauentionis euentum deuincat: Nec pacem petenti, graue uideatur, pupilli pubertatem expectare; qui in parentis nece, tam præceps fuit:& pupilli ætati ac damno non pepercit:quidquid ſatis confusè ſenſerint,Nel.de banni.3.par.2.tempo. q. 32.& Iul.Cla.in pra.§.fi.q.58.nu.27.

SVMMARIVM.

1 *Pax an ab omnibus, uel maiore parte hæredum, habenda ſit.*

2 *Maior pars quæ dicatur.*

3 *L. quod maior. ff. ad municip. in iuribus ſingulorum non procedit.*

QVAE-

QVAESTIO XIX.

1 SIc & se offert uulgaris illa quæstio: An ab omnibus, uel maiore hæredum parte, pacem habere sufficiat; in qua post Osber. Oldra. & Cy. tandem Bar. in §. Cato. nu. 33. uoluit satis esse; quòd a maiori parte haberetur: fauore pacis. l. quod maior. ff. ad municip. quem decla
2 rando etiam quomodo maior pars intelligatur, sequitur Castrē. l. ij. nu. 6. C. de libe. & eorum liberi. Cro. nu. 151. Buttigel. 175. Bolo. 198. d. §. Cato. Pet. a plaz. li. 1. epi. deli. c. 46. nu. 6. & 7. qui dicit contrariam senten. iuri consonam, sed rigidam; Emanu. Soarez, thesau. recep. sent. nu. 103. Alc. cons. 134. li. 5. dicens opin. Barto. magis communem & æquiorem. Sed ea crebrior est sententia, quod ab omnibus requiratur: quia in iuribus sin
3 gulorum. l. quod maior locum non habet: quæ in casibus specialibus tantùm procedit: vt post Bald. Raph. Rom. & alios probant. Fel. c. cum omnes. num. 27. de constit. qui de communi testatur; Nel. tract. de banni. iij. par. ij. temp. num. 39. Ias. d. §. Cato. nu. 57. qui refert hâc in specie quinque opiniones, quas operæ non est precium transla-

tare. Ripa. nu. 103. Soc. Iu. nu. 273. & nouissime Alci. nu. xj. in trac. stipul. & in lectu. 172. & in l. in usu, dicẽs hanc receptiorem, de verbo. signi. Dida. lib. 1. resol. c. 13. Menchiac. controuer. usu. frequen. c. 13. nu. 39. Iu. Cla. in praxi. §. fin. q. 58. num. 34. versi. frequenter.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de pace ab hærede obtinenda; etiam de hæredibus intelligitur.*

2 *Indeterminata loquutio plurali significationi æquipollet.*

QVAESTIO XX.

1 IDEMQVE si in singulari numero statutum de hærede loquatur, ut tradunt allegati doctores, & maxi
2 mè Ias. & Alcia. s. quia indeterminata pronunciatio, plurali significationi æquipollet, l. si pluribus. ff. de leg. ij. estque hæc opinio uerior; & quæ statuti menti inseruit: videlicet ut scandali occasio auferatur; quæ hæredum parte tantum assentiente, potius cresceret: quidquid dixerit Bald. l. ij. nume. 2. C. de liber. & eorum lib. & l. j. ff. de pact. & post

terga tot sapientum Iodo. Brug. in Enchir. crimi. tit. de pa. num. xj.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerati letaliter pax; an prosit.*
2 *Morti proximi faciles in dimittendo.*
3 *Iniuriæ dimittendæ; ut & nobis a Deo peccata dimittantur.*

QVAESTIO XXI.

1 SEd, an satis sit, pacem a mortifere uulnerato obtinuisse: Bar. l. damni. §. Sabini. nu. 2. ff. de dam. infec. Concludere uidetur, ꝙ si statutum simpliciter de pace habenda loquatur; sufficiat: si uerò de pace ab hæredibus consequēda, secus.

Bal. l. ij. nu. 3. C. de lib. & eorum lib. etiam relata Bar. opinione, in diuersam iuit sententiam: uidelicet, ꝙ etiam statuto de hærede loquente, pax a defuncto prosit: quem tandem sequitur ibi Castren. num. 7. & Nel. tract. de banni. 3. par. 2. temp. q. 41.

Sed a Bar. sententia, ego temerè non recederem; quæ statuti uerbis magis congruit; de hæredibus comminiscētis: & quam communem dicit Roma. d. §. Sabini: & Cro. rep.

§.Cato.in l.iiij.num.161.de uerb.obli.& consuetudine obseruari. Alcia. d. consil. 134.& etiam menti legis inseruit;quæ (ut toties repetij) in hac materia de pace habenda, pro cancellatione banni, & restitutione ad patriam,ad pacandos hæredum,& consanguineorum animos; & scandala tollenda, lata
2 est: ultra quòd, sciunt omnes, quàm facilè
3 morti proximi, ut & ipsis a Domino dimittatur,alijs dimittant.iuxta præceptum Christi, Matth.6.quod & perpendunt Bar.& Alcia. supra.

Accedit,quia statuta eiusmodi, pœnam, seu pœnæ cancellationem propter pacem remittentia;ius commune offendunt;glo.in c. ad apostolicæ.de re iudi.in 6.Bal. l. diuus.ff. ad Sylla. & ideo temerè suos extra limites, non extendenda.l. quidquid astringendæ.de uerbo.obliga.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerati pax pro uulnere, an satis sit si mors subsequatur.*

QVAESTIO XXII.

1 EX qua, & altera emanat quæstio, An in casu quo a uulnerato pax sufficiat; pax de uulnere prosit, si mors

mors fuerit subsequuta; & ea tandem crebrior uidetur sententia, ꝙ non; nisi & de uulnere, & de his quæ ex uulnere sequi possent, dictum fuerit: ut sequendo Guiliel. de Suza. probant Bartol. Albe. Castr. Imol. d. l. damni. §. Sabini. & Nel. supra. quæst. 40. uel modo aliquo deprehendi possit, ꝙ paciscentes etiam mortis casum præcogitauerint. l. j. §. si conuenerit. ff. depo. prout si uulnus esset letale, uerosimiliterq; de morte suspicaretur: ex ratione tex. in d. §. Sabini: ut fusius probat & congerit Pet. a Plaz. epit. delic. lib. 1. c. 12. col. fi. & Anto. de Padil. in l. transigere. nu. 27. C. de transac.

SVMMARIVM.

1 *Filio occiso, an pax a patre sufficiat.*
2 *Fratres, an cum patre ad pacem concurrant.*
3 *Fratres, an filijs sint prædiligendi.*
4 *Pater una, & eadem persona, cum filio.*
5 *Exempla magni amoris parentum in filios.*

QVAESTIO XXIII.

1 AN autẽ filio occiso, pax a patre habita, etiam quòd non sit hęres, sufficiat; Nel. de banni. iij. par. ij. tempo. q. 47. quòd sic; obiter tamen, & nulla

ratione uel authoritate reddita transeundo: quod & respondit Alci.consi.105. Tom. 2. lib.5.si tamen sit hæres; tanquam a proximiore hærede: allegat Iac. Bal.Sali.l.pactum curatoris.C. de pac..sed hoc facilè admitti non posset statuto pacem ab hæredibus re-
2 quirente; si hæredes puta fratres (iuxta terminos auth. defuncto.C.ad Tertul.) superessent: ad quos & sanguinis & hereditario iure extraiudicialis,& iudicialis uindicta, per
3 tinet: fratres.n. tanquam eodem sanguine geniti, & prius cogniti quàm filii, etiam filiis in amore preponendi, si Valerio Maximo credamus, de piet. uersus fratres, lib. 5. c.5.quod saltem admittendum est, ut fateamur etiam a fratribus si cum patre hæredes sint, pacem requiri,& etiam ratione scandali uitandi; de quo s.q.20. ita ut a fratribus hæredibus,& a patre etiam quòd ab hæreditate abstinuisset, pax requiratur: tanquam
4 hærede sanguinis;&,qui cum filio vna,& eadē erat caro, & persona.l.isti quidē.ff.quod met. cau. scimus.n.parentes filiorum mortem, adeo quandoq; egrè tulisse, ut etiā sibi
5 ipsis mortem consciuerint: ut de Gordiano Imperatore primo eius nominis, tradit Iul. Capitoli.qui audita filii morte; laqueo se suspēdit: & de eo qui Caroli.II.tempore, ut filium

lium a morte liberaret; sed id crimen, falsò perpetrasse confessus est: de quo Iser.cap. 1.§.publici.de pace tenen.

SVMMARIVM.

1 *Muliere occisa, patre, marito, & filijs existentibus, a quo pax exquiratur.*

2 *Pater pro filijs minoribus, uel absentibus, an pacem faciat.*

QVAESTIO XXIIII.

1 QVID autem muliere occisa, patre, marito, & filiis existentibus, an in terminis statuti de quo supra; satis sit ab uno tantū pacem obtinere. Catal. trac.de sindica.q.128. dicit pacem prodesse, a quocunque eorum habeatur in patre & marito loquendo: nec quidquam allegat ex quo ita esse, persuaderi possim; Vnde putarim ego pacem ab omnibus copulatiuè requiri propter unitatem personarum, & maximam offensam, quæ patri, & marito, filiis irrogatur: & ex ratione statuti s. toties repetita.q.20.& 21.declarando quòd pater 2 pro filiis minoribus, uel absentibus pacisci posit, prout fusius 8.q.dictum fuit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Uxor si a marito occidatur, an pater, filij, uel fratres pacem ineant.*
2 *Reuerentia præsumitur in filio uersus patrem.*

QVAESTIO XXV.

1 DEMQVE dicendum si a marito uxor occidatur; stante patre, filijs, uel fratribus; ut pater pro se & filijs ipsius, possit eo modo, quo supra proximè dictum fuit, pacem facere: communes autem filij; minores, sine iudicis decreto, minimè; propter reuerentiam quam patris filios
2 lex habuisse præsumit. l. j. §. quæ onerandę. ff. qua. re. ac. nō datur. ex qua, pax potius extorta uidetur; quàm ꝙ spontè processerit: quod & sentit Bos. aliter tamen concludendo, tracta. crimi. tit. de pa. nu. 21.

SVMMARIVM.

1 *Blasfemanti, an prosit pax a parocho habita; si pœna propter pacem minuatur.*
2 *Pœnæ temporalis, & pœnitentiæ effectus, ad diuersa tendunt.*

Blasfe-

3 *Blasfemo, iure authēticorū, pœna mortis īponitur.*
4 *Blasfemus Dux, iussu Dei, ab exercitu lapidatus.*
5 *Blasfemus, quia in Deum peccat; propitiatorem habet neminem.*

QVAESTIO XXVI.

SVCCESSIVE (pacis effectus prosequendo) quæri potest, an municipali lege pœnam, seu pœnæ partē, propter pacem remittente; prosit pax Deum blasfemāti; ita ut peccatum, parocho, uel episcopo, cōfitendo, & ab eis absolutionem obtinendo; tanquam a Deo pacem habuerit; sta
1 tuti beneficio perfruatur: Bar. consi. 167. incip. minister fratrum de Obseruantia: pro affirmatiua respondit: quem sequuntur Ancha. & Ana. c. fi. de maledic. Feli. c. de his. nu. 5. de accusa. Nel. de banni. 3. par. 2. temp. q. 46. Ferra. caut. 25. Dec. consi. 137. num. 3. & Bos. tract. crimi. tit. de pa. nu. 28.

Ego tamen nunquam adduci potui, ut crederem, hanc sententiam, quam magis communiter DD. sequuntur, iure optimo subsistere: prout nec etiam in cotidiana praxi,
2 obseruari uidi: quia effectus pœnæ temporalis, & pœnitentiæ, tendunt ad diuersa: & unus cum altero non confunditur. glo. d. c.

de

de his, de accus. nec probari uideo ꝙ absolutio in pœnitentiali foro facta; per omnia eundem effectum operetur; quem facta in iudiciali: & reperij postea Bal. l. iusiurandi. ff. de iureiur. & in l. accusationem. C. de his qui accu. non poss. nu. 6. & Catald. de sind. nu. 131. a Bar. dissentientes; licet obiter pertranseát; Crediderim igitur, uerius concludi posse, statuti uerba casum hunc non comprehendere: & blasfemantes, statuti beneficio non gaudere: quod & sentit Flor. l. ij. C. de reb. cred. & in odium blasfemantium facilè admittendum: in quos nedum statuta omnia
3 animaduertunt; sed ius ciuile, etiam pœna mortis: auth. ut non luxu. contra natu. lex canonum. c. 2. de maledi. & diuina: ut habetur
4 Num. c. 4. & Leuit. c. 24. ubi Dux blasfemus iussu Dei extra castra ab uniuerso exercitu fuit lapidatus: & ut habetur 1. Reg. 1 Si peccauerit uir in uirum, placari ei potest Deus:
5 Si autem in Dominum, quis orabit pro eo? de quo pleno cornu Boer. decis. 301. & Iodo. Brug. in Enchir. crim. §. grauissimum.

SVMMARIVM.

1 *Delicti præsumptio, an ex pace uel transactione insurgat.*

Transi-

2 *Transigens super crimine, an pro confesso habeatur.*
3 *Transactio non fit nisi aliquo dato, uel promisso.*
4 *Instrumentum concordiæ producens; delictum fateri uidetur.*
5 *Cautelæ ad faciendum pacem, ne delictum arguatur.*
6 *Concordia quòd gratis fiat, uel non, an differat.*
7 *Transigens in casibus permissis, an crimen fateri uideatur.*
8 *Iudicium semiplenum quid sit.*

QVAESTIO XXVII.

1 SVBSEQVITVR & alia quotidiana quæstio; an ex pace uel transactione super crimine; insurgat delicti probatio, uel saltem indicium ad torturam sufficiens; quæ (quidquid dicant DD.) penes
2 me adhuc non est satis digesta. Nam Bart. in l. transigere. C. de transac. simpliciter dicit, transigentem super crimine, pro confesso haberi: quem & ibi sequitur Bald. si interuenit
3 pecunia: quod idem est dicere, quod Bartol. quia transactio non fit, nisi aliquo dato: ut notatur d. l. transigere. nec longè abest Sali. nu. 25. dicens, secus esse in pacto gratuito: & Iaf. num. 20. in transigente, super delictis, in

quibus

quibus non est licita transactio; ita ut damnari possit; secus in aliis: ut Alex.ibi; ex quò lege permittente transegit: Bal.l.furti. §. pa-
4 ctus.ff.de infa.dicens quòd producēs instrumentum cōcordiæ, uidetur fateri delictum; & habetur pro confesso, si interuenerit pecunia; secus si gratis: quem & sequitur Catald.de sindi.nu.126.

Idem Bald.c.1.§.iniuria.num.15.de pace iur.fir.dissentire uidetur; loquens de episcopo, qui confessus est promisisse centum Petro; ut eum de morte patris, non accusaret; quòd ea transactio, cum fama uel alio indicio, ad tort. indicium non faciat: quia (dicit ipse) potuit id fecisse animo redimendæ uexationis.

Sic & Bru. trac.de indi.iij. q. j. par. vide-
5 tur sequi Bal. d.§.pactus; dans aliquas cautelas, faciendi pacem ne noceat, quas Ias. quoque tradidit.d.l.transigere.Carer. in praxi.l. obseruare. nu.125.alios referendo, conclu-
6 dit quòd si gratis fiat concordia, non faciat indicium si recepta pecunia faciat.
7 Blan. repet.l.fi.ff.de quæst.nu.306.ꝙ transigens in casibus a lege permissis; non uideatur fateri crimen; nec ex eo indicium ad tortu.insurgat: in casibus autem uetitis, tacita oriatur confessio: cum quo transire uide-

tur

quest. 21.

tur Iul. Cla. lib. 5. senten. §. fi. ver. pax. num. 26. qui de communi testantur. Sic & Nouel. trac. ad defen. nu. 120. transire uidetur cum Bal. d. §. pactus. & Bos. in praxi. titu. de pace. nu. 23. cum Bal. d. §. iniuria. & pleriq; alii, quos prudens, omitto. Ex quorum dictis, ea crebrior elicitur sententia; quòd nũquam aliquod oriatur indicium, uel probatio, nisi cum in casibus vetitis, pecunia interueniente, fit transactio: cum quibus & ipse transeo in primo quæstionis capite; ut transigens in casibus illicitis, pro confesso habeatur: ut communi uoto adnotant glos. & scribentes omnes. d. l. transigere. Sed quòd in casibus permissis, siue simus in transactione, siue pace; indicium ad tort. non oriatur; facilè dissentio: quia licet permittatur transactio in criminibus, in quibus ingeritur pœna sanguinis: prout in terminis. d. l. transigere; vt uitentur pœnæ d. legis; negare tamen nõ potest, quin transigentis, uel paciscentis opinio apud probos uiros, & iustitię ministros, grauetur: & quin ea concordia, indicet aduersus eum, ita ut ęquuleo supponi possit; ne frustrà facta uideatur: semiplenum. n. indicium, nil aliud est, quàm præsumptio boni uiri animum mouens, ad aliquid credendum: l. cum probatio. C. de proba. Bal. rub.

D C. co.

C. eo. & minus quàm ſemiplena probatio. Bar.l.ij.ff.de excu. tut.

Concludo igitur tranſactionem in uetitis caſibus, & pacem, ſuper certo delicto factam; ad condemnationem ſufficere: in licitis uerò, & in generali pace, in qua ad ſpecies non ſit deuentum; indicium ad torturam ſufficiens facere: quod ultimum ſi pacem præcedat diffamatio, magis probarem: quod & ſenſiſſe uidetur, illotis tamen manibus tranſeundo, Iod.Brug.in Enchiri.tit. de pa.nu.9. & pluries in facto ſeruatum uidi.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia interueniente, an pax ualeat.*
2 *Dimittite, & dimittetur uobis.*
3 *Sanguinem proprium uendere, turpe eſt.*

QVAESTIO XXVIII.

1 DVBITATVM etiam quandoq; fuit; an pax, pecunia interueniente facta; ualeat: & Bar.l.atletas.§.fin.& l.furti.§.pactus.ff.de infam.ſcribit, non licere pro pace pecuniam dare, ante condemnationem; poſtea uerò fortè ſic. Bal.l.fi.ff.de cõdi. ob turp. cau. dicit, licere pecuniam recipere

pere, pro emendatione contumeliæ; sed non pro remissione rancoris : ut eius uerbis utar: Pau. de Cast. d. §. pactus, sentire uidetur, eiusmodi pacem, quoad minuendam statuti pœnam prodesse. Putarim ego in his uerborum ambagibus; sic fore distinguendum; ꝙ Aut quærimus an liceat dare pecuniam ante condemnationem; & non licere, respectu pœnæ & præsumptionis aduersus ipsum insurgentis, ꝙ delictum commiserit; de quo in præcedenti quæstione: Aut, an liceat pecuniam recipere, respectu actionis iniuriarũ, & damnorum & interesse, & contumeliæ re
mittendorum; iuxta dictum Bal. supra. & similiter licere in casibus quibus pactio seu transactio permittitur; Aut, respectu rancoris & passionis animi, & non licere; neque in foro poli; quia dicitur in Euangelio Matth.
2 6. dimittite, & dimittetur uobis: quæ remissio gratis & amore Dei, qui gratis quotidie nobis peccata condonat, Roma. 4. neque in
3 foro honoris: uẽdere enim eius sanguinem, penes graues, & honorificos uiros, turpe, & dedecorosum est.

Sed nihilominus omnibus hisce casibus, respectu obseruantiæ & beneficij statuti, pœnam ob pacem minuentis, ualere: quod tacitè permittere uidetur, in quibuscunque casi

bus, etiam alias prohibitis, propter publicam utilitatem, & inimicitias tollendas, pacem fieri.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe & damna, an pace facta, remiſsa cenſeantur.*

2 *Iniuria, duas parat actiones.*

QVAESTIO XXIX.

1 AN autem pace ſimpliciter facta, intereſſe, & damna remiſſa cenſeantur. doctores ſine controuerſia etiam quando dictum fuit, ꝙ remittebatur omnis iniuria, aiunt, nihiloſecius repeti poſſe: ut ex antiquioribus, Guiliel. ad Spec. titu. de accuſato. §. 1. uer. quid ſi uulneratus, nu. 10. Dyn. Bald. l. ſi tibi. §. quædam. ff. de pact. Ioan. An. Abb. c. noſtra. per illum tex. de iniur. & dam. da. & ex recentioribus, Alex. conſi. 168. in 2. Iaſ. l. j. nu. 16. ff. eod. Io. de Ami. conſi. 88. Did. lib. 3. reſol. cap. 10. Plaz. epit. delic. cap. 6. num. 40. Sylu. Aldobran. §. fi. In-
2 ſtit. de iniu. & paſſim alij. Nec mirum, quia ex iniuria duæ actiones oriuntur: una ad pœnam, altera ad rem: unde remiſſa una, altera

tera uti non prohibemur.l.ſi pro furto.§.fur ti.ff.de condi.fur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſsiones de non offendẽdo, an pace tollãtur.*
2 *Conuentioni priori, derogatum non uidetur, niſi expreſsim de hoc caueatur.*
3 *Fideiuſsiones de non offendendo, cum pace compatibiles.*
4 *Nemo ſolus, ſatis ſapit.*

QVAESTIO XXX.

1 DVBITARI etiam quandoque contingit; An pax ſubſequuta, eneruet fideiuſſiones de non offendendo; etiam quoad partem pœnæ, quæ fiſco ſolet applicari, ſi facta ſit Curiæ agentibus non aſſentientibus. Et memini doctorem multi nominis, in auditorio Illuſtriſſimi Vrbini Ducis, me contradicente, ita aſſeueraſſe: allegãdo Ange.§.fi.Inſti.de iniur. qui meo iudicio ad rumbum non facit. Vidi poſtmodum ita a Collegio Maceratẽſi conſultum fuiſſe: per text. in l. Valerianus. ff. de præto. ſtipul. ubi præſes qui ante triennium caueri iuſſerat, ſi poſtea in longum tempus caueri præceperit,

 a priore

a priore stipulatione recessisse uidetur. Sed tot excellentissimorum uirorum pace, text. ritè perpensus, eorum intentionem non probat: quia ꝙ præses in longius tempus caueri faciat; non est actum facere, primo contrarium: nec illi derogare; sed potius confirmare, & prouisionem ampliare: & sic loquitur Dec. quem ipsi allegant consi. 464. nu. 5.

Putarim igitur, fideiussiones non tolli; fisco cui est ius quæsitum, & prætore cuius est prouisio, & cui facta fuit promissio, non con
2 sentientibns: & nimirum quia, priori conuentioni derogatum non uidetur, nisi expressim de hoc caueatur. l. fi. C. de noua. Bar. consi. 72. ex facto: maximè quia pax, & fideius-
3 siones de non offendendo, sunt ad inuicem compactibilia; nec unum repugnat alteri. Inconcussa ergo mihi uidetur conclusio, ꝙ nedum pace simpliciter inter partes facta; sed etiam cum expressa fideiussionum præstitarum derogatione; agentibus pro curia non assentientibus, respectu curiæ, non submoueantur. Licet mihi qui in hoc municipem habere nescio, Pleriplectomenis senis sen-
4 tentia, in milite Plaut. obijci possit; nempè ꝙ nemo solus satis sapit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pax pro se, filijs, & consanguineis, an futuros cõprehendat.*

2 *Seruitus ne luminibus officiatur, etiam ad futura lumina porrigitur.*

3 *Carthaginienses, an fœdus Romanis uiolauerint; ob bellum Saguntinis postea in socios adscitis, illatum.*

QVAESTIO XXXI.

1 SVBNECTITVR & alia frequens quęstio; An pax pro se, filijs, consanguineis, affinibus, & adhærentibus facta; filios, & consanguineos nondum natos & futuros affines,& adhærentes comprehendat: in qua Ioan. And. in addi. ad Specu. rub. de treu. & pa. tenet pro affirmatiua; loquendo in pace pro se & subditis, qui postea se paciscentibus dediderunt: dicens ita iudicatum fuisse: quem sequutus est Castren.
2 l. qui ædificium. alias l. seruitus. num. 5. ff. de seruitu. urba. ex ui illius text. ubi seruitus ne luminibus officiatur, etiã ad futura lumina porrigitur. & Alex. consi. 178. num. 14. in 2. Bru. tract. de augum. 5. q. princ. nume. 11. & Ferret. consi. 167. nu. 14.

Sed tamen idem Alex.in addi.ad Bar.in l. damni, prima.§. si is qui ædes.in pen.addi.ff. de dam.infec.refert Io.An. & Pau. supra.& remittit nos ad ea quæ Bar.& ipse post eum, dixerunt in l.si conuenerit.2. §. si nuda. ff. de pigno.act.ubi nihil in terminis, & sic quæstionem indiscussam reliquit. sicut & Ias.l.si stipul.fuerim.§.cum stipulamur.num.8.ff.de uerb.obli.qui allegat in contrarium Bald.in c.inquisitioni. de appel. Sed ritè perpensus, nu.8. loquitur in adhærentibus,& socijs,nõ autem in filijs & nepotibus,de quibus uerosimiliter cogitari potuit.

Crebrior igitur uidetur Io.An.sententia; tam in filijs,& cõsanguineis,quàm in socijs: quam probat Alci.l.uerbum erit. de uer.sig. & de communi testatur. exemplo eius quod ait Titus Liuius Deca.3.li.1.circa princ.qui
3 in ea controuersia, An Carthaginiẽses fœderi pro se & socijs, cum Romanis, Luctatio Cos.inito; cõtrouenisse dici possent;quia Saguntinis, quos postea Romani in socios adsciuerũt;bellum intulere;aduersus Carthaginienses respondit: & ita in causa Senogalliẽ. iudicaui: fuitq; meum iudicium,comprobatum : & nimirum quia alias facilè paci fraus fieri posset,nouos affines,qui iniuriam inultam non relinquerent, acquirendo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pax ſimpliciter facta, an adhærentes comprehendat.*
2 *Adhærentes propriè qui dicantur.*
5 *Principi ſi pax fiat, eius Conſiliarijs quoque facta dicitur.*

QVAESTIO XXXII.

1 SED an pax ſimpliciter facta, ad adhęrentes extendatur; Ang.in l.quę religioſis.ff.de rei uendi. dicit tũc extẽdi,quum paciſcens,abſq; adhærentibus ſtare non poteſt:quum & ſequutus eſt Marti.Lauden.tract.de confœde. prin.q.35.

Cuius ſententiam ſequi non poſſum, ſi dictionem adhærentes propriè capiamus:
2 quæ amicos ſpõte adhærentes,noſtrasve partes fauentes,complectitur;& nõ eos qui ſanguinis affinitate,uel obedientia,nobis ſuppetias afferre tenentur.c.ad apoſtolicæ. uerſ.& quia,de ſen.& re iudi.in 6.cum his quæ tradit Ang.§.œconomi.in auth.de alienan.emphy.quidquid dicat Felin.rub.de treu.& pa. nu.18.allegando Bar.& Bal.in l.j.C.ſi rector prouin.in alijs terminis loquentes.

Illud

3 Illud non diffiteor, ꝙ pax Principi facta; ipſius Conſiliarijs quoq; facta cenſetur: Bal. in Marga. in uer. liberatio: non quia adhærentium appellatione contineantur; ſed ꝙ ſunt de Principis familia: & de illis, ſine quibus Princeps ſtare non poteſt: ut dicebat Ang. s.

SVMMARIVM.

1 *Pax pro ſe & conſanguineis, an eos contineat, qui a materna lineaprocedunt.*

2 *Fœminabus, an uindictæ ius competat.*

3 *Maſculinum in pœnalibus, an fœmininum comprehendat.*

4 *Fœmina non comprehenditur ſtatuto, quòd quis pro furto ſuſpendatur.*

5 *Vindicta extraiudicialis, etiam a coniunctis late re materno, timeri poteſt.*

6 *Maſculinum in materia indifferenti, fœmininum concipit.*

7 *Coniunctorum, proximorum, & propinquorum appellatione, utraque linea, & uterque ſexus continetur.*

QVAESTIO XXXIII.

1 AN autem pax pro ſe & conſanguineis, eos qui a materna lineaprocedunt, contineat: Dec. conſil. 531. nu. 5.

nu. 5. subscribendo se consilio, in materia in
2 duciarum (quas treugam appellāt) sentit pro negatiua; ea ratione ꝙ ius uindictæ fœminis non competat: iuxta glo. in c. 1. §. hoc autem
3 notandum. de his qui feu. da. pos. & quia masculinum in pœnalibus fœmininum non cōprehendat, in materia differenti: prout in
4 statuto, ꝙ quis pro furto suspendatur, respō dit Alex. consi. 135. in 1.

5 Sed ipse in diuersam sententiam tendo; quia extraiudicialis uindicta, ita a coniunctis ex latere materno, sicut paterno timeri potest: sanguinis enim ardor, & iracundiæ calor etiam in ipsis operari potest; ut in pro
6 posito dixi. s. q. 14. Et quum simus in materia differenti; quæ eandem labet rationem: masculinum, fœmininum concipit; Bar. Alcia. l. j. de uerbo. signi. cum his quæ latè congessit Cur. Sen. consi. 9. quod etiam clarius
7 uidetur, quia coniunctorum, propinquorum, & proximorum appellatione, ex proprietate sermonis, nedum utraque linea, sed & uterque sexus, continetur. teste Anto. de But. consi. 9. & Alex. 115. nu. 10. in 2. & tradunt doctores rub. de consang. & affin. & l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren. hæred.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pax & promißio de non offendendo, pro se & consanguineis, an eos qui pari gradu sunt, comprehendat.*

2 *Mixtum in otiosis, simplicium appellatione, non continetur. & nu. 15.*

3 *Mixtum in pœnalibus, sub simplicibus non comprehenditur.*

4 *Affectionis paritas, doli præsumptionẽ excludit.*

5 *Testis utrique parti coniunctus, admittitur.*

6 *Sanguinis coniunctio, multum operatur.*

7 *Tutor aduersus consanguineis, pupillum defendere non tenetur.*

8 *Probibitio de non alloquendo, excommunicatos; consanguineos non complectitur.*

9 *Hermaphroditus eius sexus dicitur, in quo præualet.*

10 *Hermaphroditus, si in masculino sexu incalescit, statuto quòd stantibus masculis, continetur.*

11 *Naturale, an accidentali præferatur.*

12 *Vinculorum duplicitas posterior, an singulari priori præpolleat.*

13 *Affectionis ratio, semper habenda.*

14 *Amicitia, an necessitudini anteponenda.*

16 *Commune, quòd meum dicatur, est per interpretationem.*

17 *Argumentum ualet ab absurdi sequela.*

Absurdi-

18 *Absurditatis uitandæ causa, etiam a propria significatione receditur.*

QVAESTIO XXXIIII.

1 DVBITATVM etiam scio, an pax, & promissio de non offendendo pro se, consanguineis, & affinibus in forma; eos qui pari gradu utrique parti attinent comprehendant; & responsum est, non continere: tamquam casus sit mixtus; & ideo in promissione non comprehensus. l. uim passam. §. præscriptio. iuncta glo. in uer. præscriptione. ff. ad l. Iul. de adul. Bar. l. stipu-
2 lationum. 2. de uerb. oblig. & quia in odiosis, simplicium appellatione mixta non continẽtur. ut docent Bar. Castr. Rom. Ias. & cæteri. l. ij. ff. de uerb. obli. Cor. cons. 63. litera, O, in 2. Rui. 187. in primo. Cæpol. 19. nu. 6. & quãdo mixtũ est inseparabile crebrius, & uerius esse fatetur. Alci. li. 3. de uerb. sig. nu. 60. cum seq. & multò magis ubi de pœna agitur, uero simileq; est de casu mixto a partibus nõ cogitatum: ut in terminis q. nostræ tradit Vincẽ. Hercul. d. l. ij. col. 7. in princ. quem referunt & sequuntur Grat. consi. 114. in 2. & Socin. Iun. 103. in 3. nec mirum quia sanguinis coniunctio, & affectionis paritas, omnem dolũ, &

& ſiniſtram ſuſpicionem excludit. l. non ſo-
5 lum.ff.de ritu nupt.Inde eſt ut teſtis utrique
parti coniunctus, qui alias repelleretur; ad-
6 mittatur: Bar.l.qui teſtamento.ff. de teſtam.
& Soc.c.cum oporteat. de accuſa. conſtat.n.
ſanguinis coniunctionem, multum operari:
& coniunctos a generali promiſſione, pro ex
ceptis haberi.l.humanitatis.C.de excuſ.tut.
7 ubi tutor, qui pupillum defendere promiſit;
aduerſus conſanguineos ipſum tueri ex pro-
8 pria perſona non cogitur.c. inter. de ſenten.
excommu.ubi prohibitio ſimplex de non al-
loquendo excommunicatos, ſanguine con-
iunctos non alligat: cum his quæ fuſius con
gerit Alcia.de uerb.ſign.lib.1.uer.item pro-
pter affinitatem.

Sed quid ſi diſpari gradu iungantur? &
plerique diſſentire uidentur. l. quæritur. ff.
9 de ſta.ho. ubi Vlpia. Hermaphroditum eius
ſexus comparandum exiſtimauit; qui in eo
præualeret: & ideo reſponſum extat conſue-
10 tudine exiſtente, ꝙ maſculi in feudo, fœmi-
nis præferantur. Hermaphroditum ſi in ma
ſculino ſexu magis incaleſcat, admitti: &
cum hac ſententia, Grat. & Soci. tranſiuiſſe
uidentur.

Verùm hac in ſpecie, quidquid ipſi adſeue
rent, ego potius perpendendum puto, An
consan-

consanguineus affectione uel factione (ut aiunt) magis uni quàm alteri adhæreat, quàm gradu, & sanguine: quia multoties contingit, ꝙ laxiore gradu coniunctus; affectione, & sequela propinquiorem superet: & eas partes sequatur, quas proximior non sequitur. Vnde si stipulationis causam, & rationem spectemus; magis ex affectione, quàm ex graduum dinumeratione, commouebimur. ut etiam perpendisse uidetur (summis tamen labijs degustando) Paris. consil. 114. nu. 21. uer. præterea. lib. 4. qua quidem affectione, seu factione cessante, uerius, & æquius esse uidetur: quòd utriusq; partis consanguinei, in generali stipulatione non contineantur: ut etiam ex Alcia. deprehendi uidetur. s. num. 62.

Suadet etiam quia, si gradus prioritatem, hac in specie attenderemus, in qua consanguinei, & affines nominantur; tricæ penè inextricabiles, cotidiè insurgerent: Quid enim si quis, uni ex consanguineis paciscentibus sit consanguineus in tertio uel in quarto; & alteri affinis in secundo? Vel si uni sit consanguineus in primo; & alteri consanguineus & 11 & affinis in secundo? An naturale in posteriore gradu præferatur, accidentali in priore? & an uinculorum duplicitas nempè consanguini-

12 sanguinitatis,& affinitatis in posteriore, unico, sed sanguinis in proximiore præpolleat? & similibus; in quibus (ut in adagio est) Delio natatore opus esset. Sequitur ergò uerius, & æquius fore, ut non gradus proximitatem, sed sequelam, & factionem tantum
13 in eiusmodi pœnalibus attendamus: affectionis enim ratio semper habenda est. l. cum seruus extero. ff. de leg. 1. quod & sentisse uidetur Guiliel. in Spec. tit. de treu. & pa. num. 6. ut etiam in materia differenti, quàm pluribus exemplis, probat Tiraq. tract. de pœ. tempe. causa. 22. Vbi etiam ex Platonis, & Solo-
14 nis legibus probatur, plerumq; amicitiam, necessitudini anteponendam: quæ prudens omitto: ne alienis (ut aiunt) racemis, uindemiam mihi comparasse uidear.

15 Huc etiam pertinet, quia in pœnalibus, & strictè interpretandis, mixtum sub simplicibus non continetur: & ꝙ de uno magis sit particeps. c. statutum. de elect. in 6. ubi decretum ꝙ posidens parochialem, intra annum ad sacerdotium promoueatur; alioquin sit priuatus; quum sit pœnale, posidentem parochialem collegiatam non comprehendit: ut propriè in terminis nostris probat Soci. d. consi. 103. num. 6. uers. præterea, allegando Rui. d. consi. 114. nu. 7. Quæ sententia certior reddere-

redderetur, si stipulationi, pronomen eius, additũ proponeremus: quia promittens pro se & eius consanguineis; pro suis tantum cõ sanguineis, idest qui non forent etiam alterius partis consanguinei, promisisse censetur: ui uerborum & communi loquendi usu
16 sic suadentibus.: Quod enim commune est, meum dicatur; est per interpretationem, & largè loquendo, & non iuxta uerbi proprietatem; ut post antiquorum terga, tradunt Deci. in l. quod nostrum. ff. de reg. iu. & Alci. in præfatione. de uerb. signi. lib. 1. quod eò magis est dicendum; quando in eadem stipulatione, quilibet pro suis promittit; ne uideantur in utraque stipulatione contineri: quo casu ualdè absurdum sequeretur; nempè ut cõmunis consanguineus, paci seu promissioni de non offendendo, contraueniret; siue unã,
17 siue alteram partem offenderet: quod non est dicendum: scimus enim ualere argumentum etiam ex absurdi sequela. l. nam absur-
18 dũ. ff. de ope. liber. & causa absurditatis euitandæ, fas esse etiam a propria significatione recedere: ex Bar. in l. omnes pop. 6. q. princ. & congestis a Dec. c. cũ inter. nu. 7. de excep.

Idque etiam clarius esset; si in stipulatione dictum foret, pro se & eius consanguineis ex parte una; & ꝓ se & cõsanguineis eius ex

 par-

parte altera. uidetur enim, ꝙ ea uerba communem ſanguinis coniunctionem; quæ nullo iure ciuili dirimi poteſt, penitus excludāt. uulg. l. iura ſanguinis.

His etiam accedit periculi ceſſantis ratio, nempè ꝙ credendum non eſt, ꝙ ex offenſione in conſanguineum facienda; & ferè proprij ſanguinis effuſione; uelit quis eam iniuriam uindicare, quam conſanguinei conſanguineus, ſibi intulerat: & exiſtimationi ipſius iam læſæ nouam notam ſuperaddere. & iuxta illud Horat.

Incidere in Scyllam cupiens uitare Charybdim.

& ita ex facto conſultus reſpondi, & Romæ obtinui; licet ſolus hanc ſententiam tueri nitar: poſſitque mihi meritò græcorum illud ſymbolon obijci, εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ, id eſt unus uir, nullus uir.

SVMMARIVM.

1 *Affines in ſecundo affinitatis genere, an ſub pace pro affinibus contineantur.*

2 *Affinitatis primo generi, quoties per copulam, perſona additur; contrahitur affinitas in ſecundo gradu.*

3 *Affinitas quando morte diſſoluatur.*

Affini-

4 *Affinitate soluta, an statutum de compromissis procedat.*
5 *Nouercalis amor.*

QVAESTIO XXXV.

1 AN autem affines in secundo affinitatis genere contenti, in eiusmodi promissionibus cōprehendantur; ab alijs adhuc discussum non uidi: memini tamen, me pro affirmatiua Senogalliæ iudicasse, in marito priuignæ: & mea sententia
2 fuit confirmata. scimus enim quotiescunque primo affinitatis generi per copulā persona additur; affinitatem in secundo gradu contrahi: ut docet glos. communiter recepta, in c. non debet. de consangui. & affini. quæ dat exemplū in marito uxoris olim fratris mei: quod uinculum licet hodie iure Pontificio, respectu matrimonij sit sublatum. d. c. non debet, & tradit Ioan. And. in arbo. in princ. 6. quò ad alios effectus ciuiles, aliud dicendum est: nec ab eiusmodi sententia licet rigorem præferat, his concurrentibus quæ in dicto casu cōcurrebant recederem: & primò, ꝙ persona putà priuigna (quæ secundo
3 affinitatis generi causam prębuit) uiuat: quia morte ipsius soluitur affinitas: ut in testimo

nio reddendo tradunt glos.& Ange. in l. sed
4 & hoc.in uer.succurrendũ.ff.de re iudi.& in statuto,de compromissis.Bar.Bald.l.qui eorum.§.affinitatis.ff.de postul.Castren.l.rei iudicatæ.§.socero.ff.sol.mat. & propriè in promissione de non offendendo, Caccialu.repeti.l.omnes pop.ff.de iusti.& iur.

Secundò, ꝙ inter promittentem, & eiusmodi affinem in secundo affinitatis genere, sit amicitia, & necessitudo talis; ex quibus dignosci possit, eos ad inuicem pro coniunctis,seu attinentibus haberi: quia solent plerunque vitricus & priuigna, priuignus, & nouerca, mutuo se odio prosequi, ut inde in
5 adagio sit,nouercalis amor. ac per antiphrasim de odio intestino,intelligatur: ut nimirum dixerit Poeta ille,primo Metamor.

Lurida terribiles,miscent aconita nouercæ.

Quæ omnia prudens iudex,ex animi eius religione, perpendet.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus, an possit impunè offendi, priore pace non obstante.*

2 *Bannitus, ciuitatis hostis efficitur.*

3 *Vindicta publica, priuatorum pacto tolli non potest.*

QVAE-

QVAESTIO XXXVI.

1 NEc illa omittenda est quæstio, An pace facta cum inimico; ipse effecto bannito, & statuto existente, q possit impune offendi; uel q teneatur quilibet eum offendere, (prout ex bullis IIII. & V. Pij, post alios) dicatur fracta: & conuentionali pęnæ locus sit: in qua licet Ias. in l. qui seruum. nu. 5. dicat pro affirmatiua Bononiæ determinatum fuisse: quia bannitus ex suo contractu & prouisione securitatem habebat.

Nihilominus crebrior est in diuersum sententia; quam probauere Bar. Bal. l. ij. C. quando lic. se sine iud. uind. & cons. 221. in 2. in anti. Oldra. Alex. Are. Ias. d. l. qui seruum, qui de communi testantur: Nel. tract. de ban. 2. par. 2. temp. q. 51. & plerique alij, quos ipsi latiore folio congesserunt: etiam iuramento de non offendendo non obstante: quia tem-
2 pore offensionis, bannitus effectus est hostis ciuitatis; & alia persona, diuersa a prima: &
3 noua offendendi causa emersit, scilicet bannum: Et quia publica uindicta, priuatorum pacto tolli non potest: ut aiunt Barto. Ias. & Nel. supra.

SVMMARIVM.

1 *Bannito, an pax sit seruanda.*
2 *Vtilitas publica, an uindictam permittat, pace non obstante.*
3 *Hostem decipere, an priuato liceat.*
4 *Fides etiam hosti seruanda.*
5 *Banniti publici hostes.*
6 *Respublica priuatorum pactionibus damnum pati non debet.*
7 *Bannitus capi potest, pace non obstante.*
8 *Bannitum stante pace, an in foro honoris capere liceat.*
9 *Bannitum capiens iussu iudicis, an excusetur.*

QVAESTIO XXXVII.

1 MAIOR est difficultas, si pax cum bannito facta proponatur. in qua Bar. supra, concludit pacem non
2 rumpi, & pœnam non committi: quum offensio propter publicam utilitatem permittatur; quæ priuatorum pacto tolli non potest. l. ius pub. ff. de pact. & idem probat in l. j. §. non fuit. ff. de do. per tex. ibi: ubi habetur
3 licere priuato hostem decipere: & q. j. incip. statuto Lucanæ ciuitatis. quem tandem post

Oldra.ſequuntur Bal.l.iuriſgentium.§.ſed ſi paciſcar.ſecunda & tertia lectura.ff. de pact. & in d.l.j.§.non fuit, dicens ita Florentiæ ſeruari uidiſſe.& in l.data opera.nu.33.C.de accuſ.Ange.Imol.Alex.d.l.qui ſeruum.de uer. oblig.Nel.ſupra q.52.allegans Ioan.And.in reg.fruſtra.de reg.iur.in 6.& Cor.conſ.217. in fin.lib.1.

CONTRARIVM diſputando tenuit Iac.de Bel ui.& Ray.in l.j.C.ut infra certum temp.Bal. l.j.C.quando lic.‡reſpectu pœnæ conuentionalis dubitare uidetur; & in rub. de treu.& pa.dicit pacem etiam bannito, obſeruandā:
4 quia fides etiā hoſti non eſt uiolanda.l. quod debetur.ff.de caſtren.pecu.Iaſ.d.l. qui ſeruū. nu.5.concludit offendentem bannitum,pœna publica non teneri; ſed cōuentionali; quæ parti applicetur: ad quam ſe uoluit,& potuit obligare.

Sed prior ſententia nedum crebrior, ſed & uerior mihi uidetur: ſuppoſito ut ſupra,
5 ꝙ banniti impune offendi poſsint: cum.n.publici hoſtes dicantur, non licet priuatis cum ipſis pacis inire fœdus: quia læditur publica utilitas: quæ eſt ꝙ banniti offendantur,& nō
6 clipeo pacis priuatorum tueantur. nec debet Reſpu.priuatorum pactionibus, damnū pati: ut probatur ex diſtinctione labeo. d.§.

ſed ſi paciſcar.& ubi non tenet, pax nec pœna in ea contenta ualere poteſt.iuribus uulg.

7 Sicut & liceret poſt pacem, bannitum capi facere,& ꝙ contra ipſum exequeretur ſententia,ſolicitare: cui.n. quod eſt plus permittitur; multò magis quod eſt minus conceditur.uulg.reg.cui plus.

8 Aliud tamen in foro honoris cenſendũ;in quo bonus ille dolus, ꝙ liceat hoſtes decipere,de quo in d.§.non fuit;non conſideratur: ſed ꝙ fides ſit inuiolata, & promiſſio non offendendi pura, ſimplex, & illibata:Fateor ta-

9 men,ꝙ qui eiuſmodi bannitos iudice iubente, perſequeret & occideret; penes graues, & probos uiros,excuſaretur. ſuperioris enim iuſſus iuſtam excuſationem prębet.l.Lucius. ff.de euic.Dec.l.non uidetur.§.qui iuſſu.ff.de regu. iur.

SVMMARIVM.

1 *Filij uel uxor ſi offendantur, an paci ſimpliciter factæ contrauentum dicatur.*

2 *Iniuria filio, uel uxori facta, ad patrem, & marītum fictè non uerè pertinet.*

3 *Vxor mariti priuilegijs non gaudet, in pœnalibus.*

4 *Iniuriam patimur, nedum per noſmetipſos,ſed etiam per liberos.*

Offende-

5 *Offendere in personam, an dicatur qui liberos offendit.*

6 *Filium uel uxorem offendens, an promissioni de non offendendo contrauenerit.*

7 *Pax adamussim seruanda.*

QVAESTIO XXXVIII.

AN autem pace simpliciter cum Titio facta, controuentum dicatur, & pœna commissa; si eius filij uel uxor offendantur. Io. And. in regu. frustra. de reg. iu. in 6. in mercuri. negatiuè respondit: quem sequutus est Ang. l. si ita stipul. 4. §. grisogonus. de uer. obli. & Are. l. ij. §. j. ff. sol. ma
2 tri. & consi. 130. nam iniuria uxori, uel filio illata; ad maritum uel patrem pertinere uidetur, non uerè, sed fictè, & in consequentiã. l. aut qui aliter. §. si. ubi Bar. ff. quod ui aut clã:
3 & licet uxor, mariti priuilegio gaudeat; aliud tamen in pœnalibus. c. omnia. de reg. iur. in 6. & ita in specie nostra post longam discussionem affirmat Pet. a Plaz. lib. 1. epit. delic. c. 6. nu. 29.

Sed in contrariam sententiam, frequẽtius itum est: ut sentiunt Dy. Bar. nu. 10. Imo. Rapha. Pau. d. §. grisogonus: ex ratione quam allegant; ꝙ certę sunt personę, per quas iniuriã

patimur;

patimur; ut expreſsè in uxore. ibi Are. ſibi cõtrarius, & Iaſ. nu. 52. Dec. l. j. nu. 10. C. de in ius uoc. Calca: conſi. 119. nu. 6. Luc. de Pen. nũcupatim in uxore. l. j. q. 20. C. de pub. lęti. li. 12. & in uxore & filijs Alci. l. ſi qs nec cauſam. nu. 40. ff. ſi cer. pet. & Tiraq. de leg. connubia. l. xv. nu. 55. & 65. quia filium, uel uxorem offendens; dicitur uerè patrem, uel maritum offendere: quia ſunt unum corpus & una caro. l. fi. C. de impu. & alijs: qui & poteſt proprio nomine, iniuriarum actione agere: quia dicit tex. in §. patitur. Inſti. de iniur.
4 patitur quis iniuriam, non ſolum per ſemetipſum; ſed etiam per libros ſuos, quos in poteſtate habet; & per uxorem ſuam. Suadet quia pœna quæ uaſallo imponitur, ſi quid fecerit aduerſus Dominum; procedit etiam in faciente contra Domini filium: Bar. Bald. l. j. §. domini. ff. ad Sylla. cum his quæ fuſius congerit Tiraq. l. ſi unquam. in princ. nu. 22. C. de reuo. dona.
5 Limita tamen ſi promiſſum eſſet non offendere in perſonam: ut docet Tiraq. ſupra num. 65. allegando Alcia. in uulg. §. Cato. de uerb. oblig. quod & fatetur Are. d. §. griſogonus. Sed hoc uerum puto in promiſsione de non offendendo, & pœna conuentionali; non autem reſpectu pacis, quæ nihilominus rupta

rupta diceretur; & actionis iniuriarum, in qua maritus propriam iniuriam pati dicitur. l. iniuriarum. C. de iniur.

6 Quòd si promissio de non offendendo simpliciter facta fuerit, amplius deliberandum; potiusq; negatiuæ sententiæ adhærerē: quia

7 ibi de pœna tantum, non de pacis uiolatione tractatur: quæ adamussim obseruanda est: & in his terminis loquitur Pet. a Plaz. & plerisque alij contrarium tenentes.

SVMMARIVM.

1 *Filius offendens eum, quo cum, pater pacem, uel cautiones habebat; an paci, uel promiss. contrauenisse dicatur.*

2 *Contrariorum eadem disciplina.*

3 *Pater magis terretur in filio quàm in semetipso.*

4 *Amor descendit, non ascendit.*

5 *Ratione cessante, cessat legis dispositio.*

6 *Argumentum a ratione cessante.*

QVAESTIO XXXIX.

1 SED quid è diuerso si filius cum patre paciscentem, uel cautiones de non offendendo habentem offendat? & ne contractus claudicet, uel quis passi

uè

2 uè & non actiuè in promissione cótineatur; utq; contrariorum eadem sit disciplina iuribus uulgatis respondendum uideretur pacem & cautiones uiolari.

Cuius tamen contrarium mihi magis arridet; rationibus de quibus supra, & infra ti. de promis. de non off. q. 82. nec mirum quia ratio quare filium offendens, pacem cum patre initá uiolat; est quia ut dixi supra ipsi in-
3 iuriarum actio competit. Insuper quia pater ex territione in personam filij, magis quàm in propriam commouetur: uulg. l. isti quidé. ff. quod met. cau. quia magis operatur patris amor in filium, quàm filij in patrem, qui faci
4 lius descendit, quàm ascendat. & pater est ca
5 put familias non filius: quæ rationes in specie nostra penitus cessant: & ideò cessare de
6 bet legis dispositio: si arguméto a ratione cessante uti uelimus. l. j. ff. de legi. tu. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. patro. & etiam quia Pax diligentius seruanda est; ut supra. q. proxima.

SVMMARIVM.

1 *Frater si offendatur, an pax simpliciter facta, sit uiolata.*

2 *Iniuriarum actio, fratri non competit.*

3 *Iniuria facta uni ex domo, cæteris quoque facta censetur.*

4 *Amor in fratres.*

QVAE-

QVAESTIO XL.

1 QVID autem in fratre?doctores præ dicti omnes uno ore concordant;
2 ex offensione sibi facta, pacem nõ rumpi: quia nec etiam fratri competit iniuriarum actio: quum frater non sit de personis enumeratis.in l.j.& seq.ff.de iniu.& quia ille dicitur propriè offensus; ad quem proprio nomine eiusmodi actio pertinet: teste Dy.Bar.Imo.Alex.d.§.grisogonus.& probat Bal.c.1.§.similiter.qui.mo.feu. amit.

Quod respectu conuentionalis pœnæ dubio procul procedit: quo uerò ad pacem ui-
3 detur subsistendum; quia offensio facta uni de domo, cæteris quoque facta uidetur. argum.l.j.ubi Bald.num. 1. & 6. C. si quacunque præd. potest. & sentit Ias. d. §.grisogonus.nu.52.in l.de pupil.§.si quis ipsi. nu.13. de nou.ope.nun.& in l.j.nu.7.C. de indic.ui
4 dui.tol.quod pro singu.tradit Marsi. 331.&
„ præcipuè in fratribus dicendum uidetur: ca
„ ra enim uxor, dulces liberi, iucundi amici:
„ sed his omnibus in amore fratres pręponen
„ di, quos priusquam illos, cognouimus: si Val.Max.credamus de piet.in fratres. c.5.li. 5.& pleraq; exempla ibi adducta testatur.

Sed

Sed diffiteri non poteſt quin eiuſmodi offenſio ſit impropria, & in conſequentiam: quo caſu quum in pœnalibus uerſemur, contrarium aſſeuerandum uidetur: & ſic ꝙ pœna reſpectu unius impoſita, ad offenſam in conſequentiam facta; non extendatur: ut in terminis docet Ancha.c.ſciant cuncti. in primo not.de elect.& rectè perpenſus Feli.c.eccleſiæ Sanctæ Mariæ.de conſti.nu. 128.allegando Ancha.ſupra.& dum ſubdit ibi intellige quando non apparet de alia cauſa,quàm de illa de qua fuit pax inita: ita ut concludendum ſit,tunc pacem rumpi;quando conſtat ꝙ non ex noua,& ſuperuenienti cauſa,ſed ex eadem ſuper qua facta fuit pax in paciſcentis cõtemptum, & inuidiam, ſubſequuta eſt offenſio. quidquid dixerint Marſ. & Iaſ. ſupra, Ancharanũ minus fideliter allegando.

Fateor tamen, ꝙ grauabitur offendentis opinio,penes graues uiros; ac ſi paci contra uenerit, niſi de noua & ſuperuenienti offendendi cauſa doctum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Comes ſi offendatur, an paci ſit controuentum.*

2 *Iniuria ſocio itineris facta, ſocio quoque facta cenſetur.*

Inſultans

3 *Insultans comitem meum, me aggredi uidetur.*
4 *Cohabitantem mecum offendens, an me offendisse dicatur.*
5 *Pœnalis stipulatio strictè accipienda.*
6 *Socius socium insultatum, defendere potest.*

QVAESTIO XLI.

1 SED an pax inter Titium, & Seium inita, rumpatur, si Titius comitem Seij secum in itinere, uel deambulatione existentem, offenderit? glo. in l. item apud labeonem. §. si quis uirgines. in uer. eorum. ff. de iniur. argu. tex. ibi uidetur sentire
2 pro affirmatiua: tamquam iniuria itineris socio facta, comiti illata dicatur; Bart. l. si quis
3 in seruitute. ff. de fur. nam & qui aggreditur illum qui mihi comes est, me aggredi uidetur. l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de ui pub. Ideoq; mihi licet, ipsum defendere: teste Gandi. tit. de defen. a reo faci. nu. 3. post Bar. in l. ut uim. quem sequuntur Dec. & Moderniores. ff. de iusti. & iur. & nuncupatim tradunt Alex. & Are. in l. si ita stipulatus. 2. ff. de uer. oblig. & addens ad Abb. c. cum sit
4 generale. nu. 28. de for. comp. Et in offendente cohabitantem mecum. Feli. c. repellantur. nu. 6. de accus. Blan. rep. l. fi. nu. 165. ff. de quęsti.

ſti.allegantes Bal.l.j.uerſ.ſexto. operatur familiaritas.C.de epiſ.& cle. Quod cenſeo tūc procedere; ſi domi habitationis ſiat offenſio: ut ex prædictis colligitur, alias ſecus: nec uerum eſt Baldum ab eis allegatum, de hoc ullum uerbum facere. Immò in foro honoris, comiti maximo dedecori adſcriberetur; qui alterum comitem non adiuuaret: ut monomachiſtę profitentur: Amicus.n.fratri nō poſtponendus, ut apud Homerum Odyſſeæ
5 li.8.& hoc reſpectu pacis, & ſic ut Titius pacis uiolator diceretur, indubitatū puto: Quo autem ad pœnam conuentionalem, quia ſtipulatio pœnalis propriè & ſtrictè eſt accipiē da; non temerè dubitauerim: quia iſtiuſmodi offenſio, dicitur ficta in conſequentiam,
6 & impropriè facta: ut in præcedenti quęſtio. dictum fuit. Illud nō diffiteor, ꝙ eiuſmodi inſultus ſocio factus præſtaret ſaltem nouam, & probabilem cauſam ad percutiendum citra promiſſionis contrauentionem.l. aut facta.§.cauſa.ff. de pœn. ſcimus enim licere ſocio ſocium defendere. Iaſ. Deci. & cæteri uulg.l.in uim.ff.de iuſti.& iur.

SVMMARIVM.

1 *Socius Titij, qui cum Scio pacem habebat, ſi Titius contrauenriat, an pacis uiolator dicatur.*

Patricidæ

2 *Patricidæ dans opẽ, an l. pop. de parrici. teneatur.*
3 *Qualitas inhærens personæ principalis, an pœnam augeat in auxilium præstante.*

QVAESTIO XLII.

1 SVBSEQVENTER quæritur, An pacis uiolatores dicantur; qui in societate Titij fuerunt, Seium (quo cum Titius pacem habebat) uulnerando; Io. An. in addi. ad Spe. tit. de treu. & pa. nu. 5. in uer. portauerat, quosdam antiquiores allegã do, sentire uidetur eos de pace fracta teneri. & non solum si pacis notitiam habebant: uerum etiam si ignorabant. arg. l. utrum. ff. ad l.
2 pop. de patrici. ubi dans opem patricidæ, eadem pœna punitur. quod & probasse uidetur Guiliel. a Cun. l. denunciamus. nu. 40. C. de his qui ad eccle. confu. & Diploatatius ad Bar. in d. l. utrũ. & in l. is qui opem. ff. de fur.
3 de qualitate inhærente personæ principalis tempore delicti; ut pœnam augeat, & in auxilium præstante: quæ opin. communiter recepta uidetur: teste Salic. l. unica. nume. 26. C. de rapt. uirg. Non tamen admittendum puto, quòd etiam nulla habita pacis notitia; teneantur: ex his quæ tradit Conrad. in praxi. folio 359. nume. 6. & Iulius

Clar. §. fina. q. 90. qui de communi testantur. Sicut & animaduertendum, eos pęna legali uel statutaria, & non conuẽtionali quoque obligari: ut proxima. q. dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Adulterio, stupro, uel furto, an uioletur pax, uel cautio de non offendendo.*

2 *Animus, non factum, in delictis inspicitur.*

3 *Furtum realis, non personalis offensa.*

4 *Actus, ubi ad plura delicta se habere potest; in dubio in delinquentis odium capitur.*

5 *Mitius agitur, ubi de irrationabili odio tractatur.*

QVAESTIO XLIII.

1 DVBITATVM insuper quandoque fuit; Nunquid ex adulterio, stupro uel furto, paci uel promissioni de non offendendo, uis fiat: in qua quidem. q. Bar. post Guiliel. de Suza. in l. uerum 2. nu. 3. ff. de fur. loquens in pace; censuit pacem non uiolari, ex quo non animo iniuriandi, sed libidinis ardore adulterium, & lucrandi animo furtum, perpetrari solent: arg. tex. 2 ibi, ꝙ animus & non factum in delictis inspici debet: & idẽ probasse uidetur Io. An. in mercu. c. frustra. de reg. iu. in 6. Pa. a ca. in l.

licitatio

licitatio. §. quod illicitè. nu. 4. ff. de publi. & uect. in furto, dicens, furtum esse realem nõ
3 personalem offensam: ex illo tex. & in l. qui seruum. nu. 3. in adulterio. ff. de uer. obli. sequitur Alex. ad Bar. d. l. uerum, & in indutiis siue treuga, ex facto consultus, respondit cõs. 113. in 2. in raptu ẽt percussionibus adhibitis, ut facilius mulier abduceretur. allegatur Ro. l. semel mora. de uer. ob. cons. 193. & 258. & passim cõprobat Cor. cons. 51. littera C. col. 2. in primo. 42. littera D. col. 1. in 2. & 44. colu. 4. littera R. in furto & adulterio li. 4. & hanc receptiorem fatetur sententiam Aug. Ariminen. ad Ange. tract. de malefi. uer. che hai adulterato. nu. 60. & pro his omnibus in pace fusius Carrer. §. circa quartum. nu. 178. in praxi.

Sed in diuersam plerique trãsiuere; & maximè Fab. in l. denunciamus. C. de his qui ad eccles. confug. Areti. l. si ita stipul. §. grisogonus. de uer. obli. Ancha. c. si clericos. in fi. de senten. excom. in 6. Augu. s̃. & moder. ad den. ad Alex. d. consi. 113.

Ego autem a communi non recedendo, eam declarandam putarim, dummodo ueri similibus argumentis, constaret furtum & adulterium odio, & contemptum cõmissa non fuisse; ita ut in dubio aduersus furem &

adulterum sit præsumendum, qui offensam intulerunt: Iaco.de Are.Bar.d.§. quod illicitè, & qui rei improbæ operam dederunt: ubi enim actus ad plura delicta se habere potest,
4 in delinquentis odium, aduersus ipsum durior capitur interpretatio: Dy.reg.in obscuris.de reg.iu.ut speciatim adnotauere Ange. & Alex.d.l.uerum.quod tamē in principalibus uerius est; in aliis enim in pace uel promissione comprehensis, ubi de irrationabili odio tractatur, amplius deliberandum: ex doctrina Bar.d. §. quod illicitè. nu. 5.

Illud non omittam; quòd si de raptu in nolētem, uel uiolentia, {tam respectu fornicationis, quā furti tractetur; responsum Alex. minimè uerum censeo, propter iniuriam, & offensam, quæ raptæ, & uiolentiam passæ, etiā in personam fieri uidetur: ex his quæ docēt Bar.& Castr.d.§.quod illicitè: quod & prius sentit addens ad Alex.§.quidquid ore nimis patulo dixerint Alex.& Carrer.superius alle.

SVMMARIVM.

1 *Offensa si leuis sit, an paci uis fiat.*

QVAESTIO XLIIII.

1 AN autem ex leui offensa, puta ex solo insultu cum armis, absque fugatione, uel (ut aiunt) admenatione, uel

uel etiam his omnibus interuenientibus, paci uis fiat, dixi infra trac. de promiſ. de non offen. quæſt. 101.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa noua quando excuſet a pacis fractione.*
2 *Cauſa, in maleficijs perpenditur.*
3 *Cauſa ſuperueniens, a contrauentione a tranſactione excuſat.*
4 *Promisſio de non offendendo intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
5 *Promisſio generalis de non offendendo, ſubſequentem cauſam non complectitur.*
6 *Cauſæ nouæ allegatio, Põtificijs decretis ſublata.*
7 *Motus proprij, ſuper noua cauſa moderatio.*

QVAESTIO XLIIII.

1 NEc ab re uulgaris illa quæſtio ſubnectitur, An qui noua, & ſuperuenienti cauſa offendit, pacem uiolaſſe dicatur: in qua Bar. in l. aut facta. §. cauſa. ff. de pœ. negatiuam ſentẽtiam probauit: ex verbis Claud. Saturnini, dicẽtis ibi, in malefi-
2 ciis, cauſam plurimũ fore conſiderandam: ſi-
3 cũt nec tranſactioni, uel ſententiæ quis cõtra uenire dicitur, ſi ex noua & ſuperueniẽti cau

ſa cõtrouentum proponamus.l. cum queritur. cum duabus ſeq. ff. de excep. rei iud. l. ſi
4 de certa. C. de tran. & quia pax & promiſſiones eiuſmodi de non offendendo, interpretantur rebus ſic ſtantibus, & aliqua cauſa minimè ſubſequente. l. quæro. §. inter locatorē. cum uulg. ff. loca. quam ſententiam communi uoto, probarunt omnes; & maximè Bal. l. ſemel mora. ff. ſol. mat. ca. j. de pace tenen. Ant. de Bu. Imo. c. cum inter. de renun. ex eo
5 tex. dicentes, generalē promiſſionem de non offendendo ex cauſa de præſenti, & de præterito, & non ex ſuperuenienti, interpretandum: Alexan. ad Barto. d. §. aut facta. in l. ſemel mora. ff. ſol. ma. & conſi. 19. in primo. & 115. in 4. qui de cōmuni teſtatur; Rom. conſ. 183. reſpondendo pro eo cui hircinum obrobrium impuperatum fuit: Iaſ. l. qui ſeruum. de uer. oblig. & l. quid ergo. §. ſi hæres. ff. de leg. 1. Marſi. conſi. 76. nu. 30. 119. num. 2. 122. nu. 18. & ſin. 503. Seiſel. Dec. Alci. l. cum proponas. 2. C. de pac. Tiraq. l. boues. §. hoc ſermone. de uer. ſig. Soci. Iu. conſi. 103. lib. 3. Grat. 105. in primo. & 73. in 2. Pariſ. 164. in fi. in 4. & alii paſſim; quos hac in ſpecie, operæ non eſt precium recenſere.

Et hoc Quiritum iure, & in terris Imperii certiſſimū eſt: ſed in terris Eccleſiæ, uidelicet; in

in Vmbria, Marchia, & vrbe Roma, inter cō
stitutiones Piceni (quas ĩ locis prędictis iuſ-
ſit obſeruari) Pau. III. j. lib. bullarum fol. 16.
extat motus proprius Iul. II. q. in inſtantia
appellationis, noua cauſa allegari non poſ-
ſit: forte quia quum in prima inſtantia dedu
cta non fuerit, aliqua falſitatis ſuſpicio ſubo
riatur. Qui motus proprius poſtmodum an
no 1514. etiam a Leone X. fuit comproba-
tus: & inde anno 1521. prorſus reuocatus:
& nuper a Pio IIII. 1565. alius motus pro- 1
prius in uniuerſa eccleſiaſtica ditione, ema-
natus, quòd noua cauſa allegari, & allegata
cuique ſuffragari non poſſit: loquens tam in
treuga, quàm in pace; & poſtmodum a Pio
V. 1566. moderatio ſequuta eſt: qua, princi- 2
pales aliquem ex comprehenſis, offendēdo,
& comprehenſi aliquem ex principalibus;
nouam cauſam generaliter allegare prohibe 3
tur. unde allegare uolēti, prius a Pontifice, fa
cultas & cōmiſſio, vt uocant, exquirenda eſt.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum percutientis, an probet quòd ex no-
ua cauſa, non antiqua percuſſerit.*

2 *Iuramentum probat ea quæ ab animo dependent.*

3 *Iuramentum homicidæ, an probet quòd occidendi
animo non percuſſerit.*

4 *Iuramentum purgationis quid.*
5 *Animū occidendi absuisse ostendunt coniecturæ.*
6 *Animus præceptoris quòd iniuriandi causa, discipulum percusserit, iuramento probatur.*
7 *Purgatio canonica, an à iuramento purgationis differat.*
8 *Testes compurgatorij quando adhibeantur.*

QVAESTIO XLVI.

1 SED si de causa non constet; An offendentis iuramento credendum, quòd ex noua & non antiqua percusserit: Alex.d.cons.19.nu.2.in primo, affirmatiuè respondit, ex uulg. reg. ꝙ in his, quæ
2 ab animo alicuius dependent, eius dicto stari debeat: de qua in §.aliæ, alias sed iste, Insti. de actio. sicut & homicidæ iusiurando stan-
3 dum probat, quòd occidendi animo nō percusserit, ex gl. in l.j.C.ad l. Cor.de Sic. quam singularem dicunt Bal. c. bonę 2. de postul. prela. & Roma.l.in illa.ff.de uer.obli.& nūcupatim hac in specie Mars.§.diligenter.nume.44.& nu.100.in prat.& Arnò.singu. 44. & caut.prima, & Riminal.consi.22.nu.6.

Quod Cæpol.consi.41.nu.5.d.glos.allegādo, iuramentum purgationis appellat. Verùm mihi penitius cogitanti, nō uidetur.dd. glos.

glo. ita generaliter accipiendas: ſed cum quædam urgent coniecturæ, ꝙ offendens ueterē cauſam non reſpexerit: de quibus paulò infe rius tractabitur. Tunc enim ad expurgandam offendentis conſcientiam, probationes minus plenas etiam iuramentum adiuuabit: ſicut & quòd quis occidendi animo non uul
5 nerauerit: ultra coniecturas, quæ ex affinitate, perſonarum qualitate, armorum genere, percuſſionis loco, & cauſa colliguntur. ex tex. in l. j. §. diuus. ubi Bart. Saly. Marſ. ff. de Sica. iuramentum percutientis probationes ſupplebit: ut rectè perpenſa docet gloſ. in d. l. j. C. de Sica. eiuſmodi iuramentum purgationis appellando: Barto. l. maritus. nume. 4. uerſi. ſi uerò contrariis. ff. de quæſti. & melius in l. ſed & ſi quæcunque. §. ſi magiſter. ff. ad l. aquil. in magiſtro ludi litterarij diſcipu
6 lum percutiente; quòd etiam purgatorio iuramento probet, quòd non animo iniuriam inferendi, ſed ex correctionis cauſa percuſſerit. fuſius Iaſ. d. §. ſed iſte. nume. 88. & Cepha. conſil. 35. de quo iuramento comminiſcuntur etiam Ange. tracta. de maleſic. uerſicu. falſario. numero. 50. Cæpol. d. conſilio. 41. Calcag. 109. nume. 9. Blan. repet. l. fin. nume. 64. ff. de quæſti. & Iodo. Brug. Enchiri. rei crimi. tit. de purga. can. quæ cano

nica

7 nica expurgatio a iuramento, de quo s. aliqualiter differre uidetur: suamque formam habet: quum infamatus a crimine, se immunem prætendit, & iurat, & compurgatorios
8 testes, se credere illum uerum iurasse asseuerantes adducit: quam formam tradunt Guiliel. in Spec. tit. de abolitione. §. nunc. de purgatione dicamus, Alcia. in praxi. eo. tit. in fi. ex, c. constitutus. & c. accepimus. de purg. cano. & Simancas tract. de hære. c. 54. quæ in iuramento de quo s. & in supplendo probationes eorum, quæ in animo consistunt, non est necessaria.

S V M M A R I V M.

1 *Offensio an ex antiqua, uel recenti causa, facta præsumatur.*
2 *Causa offendendo, ex circunstantijs perpenditur.*
3 *Temporis diuturnitas, offensionis obliuionem arguit.*
4 *Qualitas personarum in discussione causæ attenditur.*
5 *Reconciliatio arguit nouam causam.*
6 *Offendens non præsumitur, quòd iterum offendere uoluerit.*

QVAE-

QVAESTIO XLVII.

1 SED & adhuc in ambiguo uersamur, an offensio, ex antiqua uel recenti causa facta præsumatur: in quo Hyp. sing. 503. l. j. §. fi. ff. de quæsti. §. aggredior. in pra. nu. 85. & rub. de fideiuſ. nu. 151. multa more suo allegando, sentire uidetur offendentem in dubio ex causa superuenta, & non ueteri, & sic ex licita, & non illicita, ut pœna euitetur, motum præsumi: quem plerique in hoc sensu sequuntur: credentes eiusmodi interpretationem fore faciendam etiam ꝙ de noua causa non constet.

Verum si maiorũ nostrorum scripta penitius perpendamus; ea omnia sunt intelligenda, quum de utraque causa antiqua, & noua, legitimè constat: tũc enim in dubio, ut ea capiatur præsumptio, qua pœnam effugiamus; ex recentiore, magis quàm ueteri, offensioné factam præsumemus: non autem quòd noua, si non appareat, præsumatur: ex doctrina Bal. communiter recepta. in l. si prædium. C. de ædil. ac. nu. 17. quam singularem dicunt Alex. & Iaſ. l. qui seruum. ff. de uerb. obligat. Alex. l. semel mora. ff. sol. mat. consi. 19. in 1. & 115. in 4. Rom. d. con. 183. in fi. Dec. 406.

Parif.165.nu.26.in 4.Ruy.10.in 4. Grat. d. confi.73.Ceph.35.& alij paffim.

2 Perfcrutandus eft infuper, hac in fpecie, animi offendentis motus, ex offenfæ & actuũ qualitate; & proportionabilitate fequentis offenfæ ad priorem; ut fi occafione uulneris, uel homicidij, pax fit facta; uel promifsiones de non offendendo præftitæ; pro pugno uel leui percufsione fubfequuta, non cenfeatur percutiens antiquam offenfam uindicare uoluiffe, quam benè fciebat ex leuiore offenfione, fe aboliturum non fore.

Idemque fi ex fuperuenienti caufa leui, & quæ uix ad iracundiam prouocare poterat; & uerbis uel pugno dilui: atrox uulnus pluresve percufsiones infligantur; uel homicidium perpetretur; uero enim proprius eft, ut ad prioris grauis offenfæ uindictam, eiufmodi offenfiones factas diiudicemus: ex doctrina Bald.d. l. fi prædium: Nifi tamen aliæ

3 coniecturæ, uel longus temporis curfus: ex quo offenfionis obliuio præfumatur, aliud nobis fuadeant: quod & perpendiffe uidentur Alex.d.confi.115.& Soci.Iun.confi.103. in tertio.

4 Inter quas nec perfonarum qualitas negligenda eft; ut magis pro uili, quàm pro honori incumbente, fi de promifsionis fractu-

ra;& magis pro nobili,& honorem profiten te,quàm pro uili: si de pace tractetur, magisque pro comprehenso, quàm pro principali præsumamus: ex doctrina Bar. alias allegata in l.licitatio.§.quod illicitè in fin. ff.de publica. & nectig.

5 Sicut & potius pro noua causa responden dum est; si post pacem actus sociales, & reconciliatio familiaris, & extrinseca probetur: ex his quæ docet Bal. in l. athletæ.§. dat remissionem.ff.de excu. tut.per tex. in §. fin. Insti.de iniur.

Illud omittendum non censeo; ꝙ facilius pro eo qui offendendo prioribus cautionibus causam dedit, quàm pro eo qui offensus
6 fuit(quo ad nouam causam pertinet) præsumitur: quia qui iam offendit, ꝙ postea uelit ueterem iniuriam refricare, in dubio non est præsumendum.

Hæc tamen omnia plurimũ iudicis arbitrio relinquuntur: qui ex his & similibus cõiecturis, quas breuitati studendo prudens omitto;quæ nam causa inspici debeat, arbitrabitur:& in dubio in humaniorem partem inclinabit.ut in terminis scripsit Alex.consi. 19.nu.2.in 1.& in simili Alci.tract. de præs. reg.3. præs. 39. post Abb.in cap. afferte gladium.de præsump.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Causa qualis esse debeat, ut a pacis, induciarum, uel promissionibus de non offendendo fractione, excuset.*
2 *Causa debet esse prouocans, & probabilis.*
3 *Causa, quæ non est prouocans, non est causa.*
4 *Titulus habetur pro non titulo, si sit inhabilis.*
5 *Mentitio, uerba iniuriosa satis diluit.*
6 *Verba uerbis diluuntur.*
7 *Causa, an debeat esse iusta.*
8 *Causa, quæ ex ludo uel ebrietate processit, an excuset.*
9 *Causa iniusta, colorata, & temeraria, quòd excuset, quomodo intelligendum.*
10 *Causa magis probabilis, ad excusandum in pace requiritur.*
11 *Cā noua facilius cum de pace agitur, præsumitur.*

QVAESTIO XLVIII.

1 QVAE autem causa satis sit ad excusandū a pacis uel promissionis de non offendendo fractura; ultra ea quæ scripsi supra.q.44.& infra ti. de promis. de non offendendo.q.101.Hyp.consi. 119. respondit quamlibet causam, quantumuis le-

uem

uem iniustam, & coloratam excusare allegat Alexan. consi. 19. in 1. Iaf. l. qui seruum. ff. de uerb. oblig. & alios de quibus ibi: & uulgarem illam regu. ꝙ quælibet causa etiam iniusta, & colorata, excusat a dolo & a pœna. l. plagij. C. ad l. Fla. de plagi. quem quotidie, qui reorum partes tuentur, adducunt.

Sed mihi penitius cogitanti, quaslibet causas temerè admittendas nō uidetur: sed quæ
2 sint probabiles, prouocantes, & quæ percutientem ad iracundiam uerosimiliter moue
3 re potuerint: causa enim, quæ non est prouo
4 cans, pro non causa habetur; sicut & titulus pro non titulo, si sit inhabilis: l. nec ullam. §. 1. ff. de peti. hære. & ita causam, nostra in specie, considerat Alex. consi. 115. nu. 4. in 4. ibi „ & postea superueniat noua aliqua causa ali- „ quem ad offendendum prouocans; & Corn. „ consi. 51. in 1. litera H. ibi, quum itaque di- „ ctus Blasius fuerit prouocatus &c. & uerosimilitudinem causæ, ut supra perpendendã fore Ceph. consi. 35. in 1. aliàs facilè foret rixandi ansam quærere; & indè mendicatis, & procuratis causis, a pœna ruptæ pacis, uel fideiussionis se excusare: Et ideo dũ Fisci partes tuerer, obtinui Vrbini, percutientem a dicta pœna non excusari, in quem iniuriosum uerbum prolatum fuerat; si post mentitionem,

5 nem; etiam uulnus superaddidit: quum.n.
mentiri respondisset; honori suo satis prospe
6 xerat: teste Ias. in l. ut uim. ff. de iusti. & iur.
num. 36. Nempè quia omnis iniuria quę uer
bis fit; uerbis quoque diluitur. l. nihil tam na
turale. ff. de reg. iur. Et si quæ uerbalis iniu-
ria facta fuerat, quæ ad offendendum cau-
sam præbere potuisset; ex sequuta mentitio-
ne, sublata erat: & honos uerbalem iniuriã
proferentis, penès probos uiros, lęsus rema-
nebat. l. j. ff. de his qui not. insa. ut in simili di
cebat Alcia. consi. 1. col. iiij. inserto in tract.
de duello.
7 Illud palàm est; non requiri ꝙ causa sit iu-
sta. i. ꝙ sit a lege sic probata, ut licita fuerit
uulneratio uel occisio: ut in l. gracchus. C.
de adul. & simil. Sed satis est, ut eiusmodi sit,
quæ percutiẽtem ad iracundiam, quæ etiam
in probo uiro cadere posśit, monere potue-
rit: ut supra ex his quæ scribit Bal. consi. 57.
in 1. aliàs 195. in 2. in nouis; incip. laudare
uos. col. 3. ubi probat etiam eam causam,
8 quæ ex ludo uel ebrietate processerit, satis es
se; & ex Alex. d. consi. 19. de eo qui grauiter
percusserat, percutientem eius bouem, dam
num dantem; quem accusare debuerat: Et li
cet hæc a delicti pœna non excusent; non se-
quitur, quin a conuentionali, seu pacis pœna
excusa-

excusationem præbeant: quum constet offensionem, non ex antiqua iniuria, sed ex noua, quæ offensi culpa processit, secutam fuisse.

9 Nec ita passim abutenda est dicta regula, ꝙ quælibet causa, etiam iniusta, temeraria, & colorata (ut aiunt) excuset a pœna: de qua Bald. Soc. Ias. l. unica. ff. si quis ius dicen. non obtemp. quia in delictis non procedit; & quando quis ea facit, quæ expressè sunt contra bonos mores; & utroque iure prohibita; tunc enim iniusta causa quemquam non excusat: & quem in dolo fuisse præsumit: ut declarant post alios Cur. Iun. l. si quis id quod. num. 42. ff. de iurisd. om. iud. & Gomes. reg. de impet. benef. uiuen. q. iij. ita d. l. si plagij interpretantes.

10 Illud non diffiteor, ꝙ magis probabis, & prouocans requiratur causa; ad excusandum pacem habentem, ut honori eius consultum sit; ne pacis fractor, & proditor dicatur, quàm non offendere cauentem: Ut è diuerso
11 etiam dici posse uideatur; in pace: quæ rancoris & odij finis est, facilius nouam causam præsumendam, quàm in eiusmodi de non offendendo promissionibus, & indutijs, propter quas, non id propter inimicitia & rancor aboletur.

SVMMARIVM.

1 *Credulitas inanis a pacis fractura an excuset.*
2 *Vindicta transuersalis, nec, quidem brutis conuenit.*

QVAESTIO XLIX.

1 EX quibus satis dubium redditur Parisij responsum consi. 165. in 4. ꝙ Titius audiens eius consanguineum a Seio, quo cum pacem, pro se & consanguineis habebat, uulneratum; pacem uiolasse dicatur, si alium Seij consanguineũ percusit: ea credulitate motus, quæ a fide digno processit, & nouam offendendi causam tribuit, licet inanis fuisset credulitas, & falsus rumor: allegat congesta in simili a Feli. c. licet eli. de simo. & Lap. decisio. centesima. & profecto in casu illo, in quo non is qui uulnerasse dicebatur, sed alius offensus fuit; ipse contrarium iudicassem: uindictæ enim quas
2 transuersales uocant; nec quidem a brutis animalibus perpetrantur: nempè quia in illis, nec iracundiæ calor, nec sanguinis commotio potest operari. l. quidquid calore. ff. de regu. iur. Vltra ꝙ etiam aduersus eum, quem uulnerasse

uulneraſſe rumor eſſet; qui pacis fœdere deuinctus eſt; nimis credulus eſſe non debet: ex Vlpia. in l. j. ff. de eo per quem fac. erit &c. Itaque niſi fama ſeu rumor eſſet uehemens; uel a duobus uel uno non uulgaris, ſed ſpectatæ fidei, & de uiſu teſtantis eiuſmodi credulitas procederet; extaretque cum eo, qui uulneratus uel occiſus diceretur; maximè ſanguinis coniunctio; quæ primum uel ſecũdum gradum non excederet; in pacis fractione, in re tam ardua, temerè credulum non excuſarem.

SVMMARIVM.

1 *Aggreſsor ſi non apparet, an pacis fractioni ſit locus.*

QVAESTIO L.

1 SED an a pacis uiolatione, ſatis excuſari debeant; qui ad inuicem digladiari reperti ſunt; ſi, quis aggreſſor fuerit, non conſtet; quæſtio eſt quæ altiorem indaginem requirit; de qua dixi infra titu. de promiſ. de non offen. q. ultima.

SVMMARIVM.

1 *Pœna pacem uiolantis.*
2 *Homini, hominem insidiari nephas.*
3 *Pax & securitas differunt.*
4 *Securitatem frangens, qua pœna puniatur.*
5 *Induciarum publicarum uiolatores, quomodo plectantur.*
6 *Miles qui iniussu Imperatoris, commilitonem ad singulum certamen prouocat, quomodo puniatur.*
7 *Patri propter pacem bannito, alimenta non debentur.*
8 *Pacis uiolatoribus, quæ pœna ex cōstit. Marchiæ, & decretis Pontificijs imponatur.*
9 *Libra legalis apud Romanos qualis erat: & qualiter leges de libra loquentes, accipiantur.*
10 *Verba in potiore significatu capienda.*

QVAESTIO LI.

1 QVAE autem pœna pacis uiolatoribus iure nostro imponatur; ostendit Friderici Primi constitutio. ti. de pa. ten. cap. 1. occidenti, capitalem; uulneranti, amputationis manus; fustibus percutienti, barbam uel crines expilanti, decem librarum;

brarum; manu uacua; quinque pœnam imponens: extat & alia ſubſequens. ti. de pa. iur. fir. cap. 1. §. ſi quis uerò auſu temerario; ciuitati centum; opido triginta: Ducibus, Marchionibus, & Comitibus quinquaginta; capitaneis uiginti; & inferioribus trium librarum auri pœnam præſcribens.

Sed pœnæ. d. §. ſi quis uerò, mihi procedere uidentur, in pace iuramento firmata: quã cum omnibus iure naturæ, & euangelico, habere debemus. §. iuris præcepta. Inſti. de iure natu. Pau. Roma. 12. cum enim natura inter nos cognationis quoddam genus inſtituerit;
2 hominem homini inſidiari nephas eſt. l. ut uim. de iuſt. & iure: & quam etiam nullæ inimicitiæ præceſſerunt: non autem in ea quæ poſt iniurias, iure gentium fuit introducta: quæ & reconciliatio appellari ſolet: In qua, ſiue inter ciuitates, ſiue inter ſingulares perſonas facta ſit; ſiue ab Imperatore indicatur, prioris conſtitutionis pœnæ, locum habent: tit. de pa. ten. ut ibi docet Bald. in princ. Bar. l. j. num. 6. ff. ad l. Iul. maieſt. ſentit uiolatorẽ pacis in l. Iul. maie. incidere; per text. ibi: ſed loquitur in pace publica, quam ciuitates adinuicem faciunt: Vel dicamus eum malè interpretari uerbum ſecuritatis, de quo in tex. dum dicit, hæc lex poteſt intelligi in ſecurita

3 te; hoc est quando duæ ciuitates faciunt pacem: quia aliud est securitas, aliud pax: prior enim temporalis est, absque odij dimissione; secunda uerò perpetua cum rancoris extinctione: teste Pau. Iureconf. in l. postliminium.§.indutias.ff.de capti.& postlim.re.Et d. l. j. procedere uidetur in securitate data à pop.Rom. unde in ciuitatibus superioré recognoscentibus; tam grauis pœna non esset infligenda; sed extraordinaria; attenta personarum qualitate: ex his quæ scribit Gui. Pa. q.418.de rumpente saluaguardiam (ut aiũt) francigenæ: & ita intelligendus est Io.Fab.in
4 l.denunciamus.C.de his qui ad eccle.confu. dum dicit, ꝙ securitatem frãgens.l.Iul.maie. punitur.de quo & Steph. Aufr. ad Capel.To lo.q. 489. quibus & adstipulari uidetur Bonif. Vitel.tract.de malef.tit.de treu. nume. 5. & Iod.Brug.tit. de pa.ac induti.uiolatio.

Illud in confessò est, authoratos milites, qui publicas indutias temerè uiolarent; uel
5 publicæ pacis turbatores existerent; ut qui in
6 iussu Imperatoris sui, commilitonem ad singulare certamen prouocarent, capitali pœna puniendos.l.fin.§.miles.ff.de re mili. uel saltem.d.constitu.Frideri. de pa. tenen. uiginti libris auri plecterentur: ut in proposito scribit Alci.cons.post tract.de singu.certa.col.2.

Alia

7 Alia insuper pœna pacis uiolatoribus imponitur: quia licet patri etiam bannito filius alimenta debeat exhibere; secus tamē si propter uiolatam pacem sit exul. c. 1. §. si quis hominem. de pa. tenen. quod & probat Alcia. li.
8 1. de uerb. sig. fol. mihi 29. Extant etiam maiores pœnæ, publicæ pacis uiolatoribus impositæ; libro consti. Marchiæ 4. rub. 43. in antiquis; pro locis ubi seruantur: & etiam eorum receptatoribus; etiam ꝙ pax, siue induciæ inter priuatos factæ forent: ex bullis Pij IIII. & V. in tota ditione ecclesiastica locum habentibus.

Et quia in dd. constitutionibus Imperialibus de pœna librarum, mentio facta fuit; in priore quidem simpliciter; & in sequenti de libris auri: sciendum, olim apud Rom. pro-
9 ut & hodie penes nos, legalem libram duodecim uncijs constare: & unciam ex dragmis octo: ita ut septuaginta duo aurei tunc temporis libram cōstituerent: & ex nostratibus sex & nonaginta: ut habetur ex Demetrio Alabaldo tit. de ponde. & mensu. ex Gomes. reg. de ualo. exprimen. in impetra. benef. q. 9. & nouissimè ex Couarru. tract. numisma. c. 4. & ita libra auri de qua supra capiēda est: Prior uerò quæ simpliciter profertur; non de libra ponderali, sed de numerali expendenda uideretur;

retur; eiuſdem ualoris quo ſtater, & minæ, uidelicet quatuor dragmarum auri; & ſic quatuor noſtratium aureorum: ut tradunt Georg.agric.de ponde.& menſu.Bude.de aſſe.lib.4.Et de hac libra ſenſiſſe Arcadium & Honorium. C. de cupreſ. ex Luco Daph.lib. xj. (quãtumuis de libra auri fiat mentio) uoluere Moderniores Galli tract. de contract. q.100.nu.780.& Gomeſ.ſupra ex proportione pœnæ & præmij de quibus ibi: quum nõ ſit ueroſimile, ꝙ pro plantatione unius cupreſſus, fiſcus libram auri, ideſt ſeptuaginta duos aureos dare uoluerit: & uendenti, uel ementi cupreſſum, pœnam quinque librarũ auri.i. tricentorum, & ſexaginta aureorum imponere;ſed longè minorem.

Verùm eadem ratio ſuadet, libras de quibus in priore conſtitutione ſimpliciter Impe 2
rator comminiſcitur;de libris auri, quarum ſeptuagintaduæ facerent libram, accipiendas: quia non eſt uero ſimile, ꝙ pacem uiolanti, cum barbæ expilatione, quinque librarum numeralium, & ſic uiginti noſtratiũ aureorum tantum, pœnam imponere cogitauerit. alias data proportione pœnæ ad delictum; Imperatore loquente, de libris imperialibus intelligerem: ut habetur titu. de pa. io conſtan.cap.in cauſis: ſcimus enim uerba in dubio

dubio in potiori significatu fore accipienda. l.j.§.qui in perpetuum.ff. si ager uectiga. uel emphyteu.pet.l.quæritur.ff. de sta. homi.

SVMMARIVM.

1 *Pœna pacem uiolantis, a iure communi imposita; an ex conuentionali sublata censeatur.*

2 *Pœnæ diuersæ sicut natiuitate, an etiam impositione uel exequutione concurrant.*

3 *Pœna canonica an statuto tollatur in criminibus mixtis, si stat. maior est.*

4 *Legis condendæ qui potestatem non habet, nec quidem habet abrogandæ.*

QVAESTIO LII.

1 AN autem uiolati fœderis pœna, cõmuni iure imposita; ex ea quæ in instrumento scripta reperitur; sublata censeatur, maxima fuit inter maiores nostros altercatio: ita ut Cyn. in l. qui sepulcra.C.de sepul.uiol. nu. 3. negatiuam magis communem affirmet: sequitur Bar.l.j. uersi. quæro.ff.ui bon.rapt. nisi nominatim dictũ sit, legi, conuentionali pœna abrogari; uel præsumptiones aliud suadeãt: quod & prius senserat Dy.ibi.& in l.fi.ff.de noua. adducẽs

pro

pro præsumptione quando municipali lege caueretur; quod ubi pœna statuto non exprimeretur; foret ad ius commune recurrendum: Sali.d.l.qui sepulcra.nu.6. & 7. dubium habens animum huc atque illuc impellitur; nõ
2 negando tamen, quod licet diuersæ pœnæ natiuitate concurrant; secus tamen in petitione, & exequutione. Abb.post glo.Inno. & Butr. in c.de causis.nu.13.& seq.Bart. sententiam pro uera, & communi contendit; nisi extarent coniecturæ, de quibus s. Cæpol. consil. 14. nisi statutum subsequens, minorem pœnam imponeret: ut ibi nu. 5. uel una lex uni altera alteri, applicaret. ut ibi nu.6.

Sed in diuersam sententiam transiuere Bal.l.data opera.nu.20.C.qui accus.non possunt.& in d.l.qui sepulcra: & auth.sed nouo iure.C.de ser.fugi.Castren.l.j.§.dixerit.nu.5. dicens, ita in practica obseruari. Ange.in authen.de sanctis epis.§.fi.& in §.quadrupli.colum.8.Insti.de act. Albe. prima par.stat.q.8. subdens sic Ianuæ disputatum, & resolutum fuisse.Cors.consi.114.litera.b.in 1.Dec.d.c. de causis.nu.28.Marsi. in praxi. §.quæritur. nu.5.& consi.61.Gram.35.nu.56. dicens, quod ita totus mundus obseruat: & respondit in terminis Alcia.consi.55.tom.1. lib.2.& sub
3 priore impressione 453.de communi fidem faciens;

faciens;& in pœna canonica, ut tollatur statuto quando statuti pœna est maior, uel saltem non est minor, etiam incriminibus mixtis: ut si licet pœna excommunicationis, quæ cognoscentibus moniales imponitur. capit. uirginibus. ubi gloss. & Archidia. 27. quæst. j. sublata censeatur, si quis statuti pœna sit punitus. cap. felicis. ubi Lap. & Gemini. de pœ. & c. 1. eo. tit. in 3. & ita in Vmbria, Piceno, & Romandiola quotidie obseruatum scio.

Putarim tamen hoc (in specie nostra loquendo) in pœnis conuentionalibus, quas paciscentes eorummet arbitrio, Prætore absente adscribi faciunt; non procedere, penes quos sicut condendæ legis, ita & abrogandæ nulla est potestas; reg. eius est de reg. iu. in 6. & qui facere non possunt, quia pœnæ a lege impositæ locum habeant: argu. l. nemo potest. cum uulg. de leg. 3.

4

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio pacis, si a consanguineis non sit facta; an sequuta interim contrauentione, pœna committatur.*

2 *Ratificatio re non integra nihil operatur.*

3 *Iuramentum, facit actum ualere omni meliori modo.*

Verba

4 *Verba cum effectu in promiss. de ratificari facien- do quid operetur.*

5 *Clausula alias de suo &c. quid operetur.*

6 *Moram, quando diluat difficultas.*

QVAESTIO LIII.

NEc ea negligenda est quæstio, quæ quotidiæ in foro uersatur: & a maioribus nostris summis (ut

1 aiunt labiis) degustata est: An pace pro se & consanguineis facta; si unus ex comprehensis antequam ratum habeat, offendatur; pœnæ fractæ pacis sit locus: in qua Dy. in l. si uxor. §. si quis plane uxorem. ff. de adul. negatiuam amplexus est, etiam ratificatione offensi subsequuta; tamquam res amplius non sit

2 integra, & ad actum commissum non porrigatur: allegant Cy. cum eo. in l. fi. q. 1. num. 5. C. ad maced. qui nihil ad rumbum: item & Barto. d. §. si quis. nume. 4. qui tamen pro opin. Dy. non figit pedes. Bald. d. l. fina. nu. 2. Dyn. sequutus est: quia, dicit ipse, offensus ante ratificationem, non erat adhuc in pace actualiter, sed potentialiter comprehensus: cum quibus transire uidetur etiam Sali. d. l. fi. in prin. uer. ex his infertur. Barba. in addi. ad Bar. d. §. si quis. & post eum Dec.

l. con-

l.contractus.nu.16.ff.de reg.iu.& con. 226. nu.7.531.nu.10.Cur.Iu.consi.52.nu.13.Soci.Iu. consi.103.nu.15.in 3. defendendo Petrum Corbolum Vrbinensem: & Bos.in prati. crim.titu. de pa.nu.27.allegando Bart.supra, qui, ut iam dictum est, nihil firmat.

In diuersam sententiam tendisse uidetur Castren.in l.bonorum.nu.5.ff.rem rat.habe. aduersus Dy.ex eo quòd ratificandi potestate pendente nihil innouari debebat; nisi ad ratificandum terminus assignatus fuisset: & Cor.consi.40.in 2.qui ex facto respondit pœnam aduersus promittentem committi etiã quòd de rato sit promissum, & ratificatio non fuerit subsequuta; si interpellatio ad ratificandum non præcessit, quæ in promissionibus facti affirmatiui, necessariò requiritur.l.si stipu.essem.de uerb.obli.ex Alcia.consi.145.in 5.uel si pars offensa quoque, in ratificandi mora extiterit.arg.l.uiro atque uxore.ff.sol.mat.

Memini me alias, dum fisci status Vrbini patronus, eius partes tuerer; hac distinctione, eiusmodi nõ factę ratificationis exceptionem, pluries refellisse: ꝙ aut pax pro se & consanguineis, simpliciter inita est; & promissum quòd consanguinei pacem obseruarent sub pœna; & nihil de ratificatione dictum

ctum,& tunc pœnam siue conuentionalem, siue prætoriam aduersus promittentem cõmitti; qui uoluit, & potuit pro alii obligari: iux.cons.Cor.supra, ex quauis parte fiat contrauentio: sentit Paris.consi.164.nu.19.in 4. ibi non simpliciter pro omnibus &c. quod iure canonum & iuramento accedente cla-
3 rum est: quod facit actum ualere omni meliori modo: uulg. l.cum pater.§. filiis de leg. 2. unde intelliguntur paciscentes se curaturos quòd consanguinei pacem ratam haberent: Bal. Ab.Fel.c.ex rescripto. de iu.iur.& docent scribentes, max. Roma. Alexan. Ias. l. stipulatio ista.ff.de uer.oblig. Soci.consi. 26. in 3. Paris. 109.nu.11.in primo, & 16.nu.119. in 2. nisi tamen pax ab eis ratificata fuerit, quia tunc conuentionali & legalibus pœnis ratum habentes tenerẽtur: & promittens cõuentionali tantum: cui tamen aduersus eos qui ratum habuere; & contrauenerunt, pœnæ repetitio concederetur, ut infra quæs.61. Aut loquimur respectu promittentium tantum, uidelicet ut ipsi pro pœna conueniri, & conuenire possint; & legalibus pœnis subiiciantur; & tunc non factæ ratificationis exceptio quæ promissa non fuit, inanis est: ut respondit Goza.consi.3.nu.16.qui sic declarat doctrinam Bar.in d.l.si uxor.§.si quis. ff. de

de adul. Hyp. Riminal. inter consi. crim. diuer. consi. 134. nu. 17. tomo. 1. & est nimis clara conclusio, licet uiderim plerosq; multi nominis aduocatos; eiusmodi exceptionis clipeo, ceu meduseo, reorum partes tueri uoluisse.

Aut promissum fuit, ita facere & curare, quòd consanguinei ratificarent: absque tẽporis præfinitione: & tunc si promittens, sibi possibilia fecit, & sequatur contrauentio, inter cõprehensos, qui ratũ non habuerunt, uel quia unus ex cõprehensis, alterũ ex principalibus promittẽtibus offendat; pęnã non cõmitti: ut communi uoto adfirmant Bart. consi. 236. inci. Martinus, & in l. in illa stipu. ff. de uer. obli. quem ibi moderniores sequũtur: Ias. l. stipulatio ista. eod. titu. nu. 10. But. Ab. c. gemma. de sponsa. Fede. Senen. consil. 122. Aret. 143. Dec. l. impossibilium. ff. de regu. iu. consi. 313. & alii passim.

Videtur tamen quòd ad interesse teneatur; nisi diligentiam in ratificari faciendo adhibuisse constet: ex his quæ docet Bald. c. domino guerram. §. ad hæc. titu. hic finit lex Cor. Soci. consi. 133. in primo. Curt. Iu. 74. Goza. 27. Ripa. §. Cato. num. 59. etiam nulla interpellatione præcedente, ex quo ad ratificationem curandam se obligatum sciebat;

& consequenter in mora uersari: teste Alex. consi.127.in 5.& 157.num.2.in 6. & Aym. 64.in prin.

Sed in diuersam sententiam tendit Dec. consi.ii.l.quod te.si cer. pet. & pleriq; quos allegat: quem probare uidetur Alci.consi. 145.in 5.uolentes absq; interpellatione, moram non cōmitti: nec consequenter pœnā.

Quos ipse, si sequuta sit offensio; & promittens prius ratificationem commodè curare potuerit, sequi non soleo: prout & sentit Cor. consi.248.littera F.uer.accedit in 4. nec Dec.& Alci.rectè perpensi.hac in specie contradicunt.

Verùm non procedit dicta conclusio; cū post promissionem de ratificatione curāda, fuit addita uox cum effectu, ut in Italia crebrius fieri uidemus: quæ indicat actum esse, ut omnino res efficiatur: ut probare uidetur Alcia.d.l.quod te.uer.in potestate tua.num. 10.ex tex.in l. si non mortis.§.si quis.ff. de in offi.testa.quidquid dixerint Are.consi. 143. & Dec.d.l.impossibilium.nu. 6. ea uerba de uera & non ficta diligentia interpretantes: quos sequi non possum, Alcia. præceptoris mei authoritate neglecta: pro qua etiam adducere consueui tex.in §.si quis alium.Institu.de inutil.stipul.ibi, quod si effecturum se

„ ut Titius daret, ſpoponderit, obligatur.

5 Et idem ſi ſuperaddita ſit clauſula, alias de ſuo &c. ex quo uoluit, & potuit pro alijs obligari, ut ſupra.

Sicut & obligatur qui ſimpliciter conſanguineorum ratificationem promiſit: ſcire.n.
6 debuit ſe id promittere; quod in ſua facultate non erat: unde actum uidetur ne difficultas excuſet; prout nec qui alium in iudicio præſentare promittit, non excuſatur. l. ſancimus. C. de fideiuſ. cum his quæ fuſius congerit Alcia. ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio pacis, ſi a fratre promiſſa fuerit, ſub pœna; quum fratres maiores fuerint; an uno, maiore effecto, ratificare nolente, pœna committatur; antequam cæteri maiores fiant.*

2 *Dictio uterque, utriuſque concurſum requirit.*

3 *Teſtator non præſumitur extraneum propriæ ſoboli præferre uoluiſſe.*

4 *Pluralis loquutio, quandoque ſeparatim accipitur.*

5 *Abſurdum ne ſequatur, uerba coniunctiuè & diſiunctiuè capiuntur.*

H QVAE-

QVAESTIO LIIII.

1 QVANDOQVE etiam dubitari contingit, An fratre de morte patris paciscente; & se curaturum promittente, ꝙ fratres ipsius, maiores facti, ratificarent sub pœna; expectari debeat, ꝙ omnes ad ætatem legitimam perueniant; uel priore renuente, pœna statim committatur: Albe. in l. cum quidam. C. de impub. & alijs subst. censuit non prius committi, quàm omnes maiores facti, ratificare detrectauerint: ex illo tex. qui rectè perpensus, hoc non pro
2 bat: Tum ex ui uerbi collectiui uterq;, quod mortis utriusque concursum requirit. l. Lucius. §. Gaio. ff. ad Trebel. l. si hæredem plures. ff. de condi. instit. tum ex mente testato-
3 ris, qui filijs substituens, si uterque impubes decesserit, cogitasse præsumitur ut primo decedenti, frater in eius portione succederet: nec extraneum, propriæ soboli præferre uoluisse: iuxta Sabini sententiam, a Iustini. relatam: & uulg. doct. Bart. in l. quidam testamento. de uulg. & pup. Secus igitur in casu nostro, in quo nulla dictio uniuersalis apposita proponitur; & ubi de filiorum fauore nõ tractatur. allegat etiam. l. quamuis. eod. titu.

quæ

quæ a re nostra nimium deuiat: Itaq; me mu nicipem non habebit: nisi cùm uniuersalem
4 dictionem super additam supponeremus; nã ea promissio, licet pluralis sit; pro eo oportet accipi, atque si separatim de quolibet fratre facta fuisset : ut expressis uerbis dicebat Pau. l. falsa demonstratio. §. si quis. ff. de condi. & demon. & adnotant DD. in l. si plures. C. de condi. inser. quod & probare uidetur Ias. l. iiij. §. Cato. nu. 56. de uer. oblig.

Accedit quia alias sequeretur inconueniẽs; q maior factus, interim in pace non comprehensus, homicidam offenderet: contra bonum publicum, & contrahentium mentem: ast ne sequatur absurdum, & inconueniens, & ne aduersus paciscentium mentes eamus,
5 ea fit interpretatio, ut uerba dubia disiunctiuè & coniunctiuè capiantur. ex his quæ tradit Bal. d. l. pen. & Castren. consi. 200. uisa su prascripta. nu. 3. in anti.

SVMMARIVM.

1 *Pax sub conditione quòd bannitus intra certum tempus, uel absque paciscentis licentia ad patriam redire non possit, an ualeat.*
2 *Conditio contra actus naturam reijcitur.*
3 *Benefacere etiam illis ex Euangelio tenemur, qui oderunt nos.*

QVAESTIO LV.

1 SEd quid si pax ea conditione facta proponatur, quod bannitus intra certum tempus, uel absque offensi licentia ciuitatem ingredi non possit? quod in statu Vrbini, ut plurimum fieri consueuit: An eiusmodi pactio ualeat; & uidetur pacē
2 ualere & cōditionem tanquam contra actus naturam reijciendam.l.j.§.pe.ff.depo.l.cùm
3 præcario. ff.de præca. præsertim quia etiam lex euangelica repugnat.ibi, & benefacite illis qui oderunt uos.Matth.5.non enim bene facimus,sed malè, si ipsos à patria exules teneamus. Insuper quia ea conditio uideretur impedire Principis beneficium; & gratiam subsequutam; & ita respondit Alcia. consi. 134.tom.2.lib.5.

Putarim tamen istiusmodi conditionem, breui tempore duraturam, a Principe non aspernendam;ne offensus qui alias pacē non fecisset; & conditionem ualere crediderat; tamquam pax exaduersò non fuerit obseruata;ad uindictam prouocetur.l. qui fidem. ff.de transac.

Sicut & pacem recipientem in foro honoris non excusari; quinimmò eius opinionem

penès

penès probos uiros grauari; si a fide & promissione descis cat; quibus offensus ad pacem faciendam allectus est.

SVMMARIVM.

1 *Verba stipulationis in contractu pacis an largè, uel propriè capiantur.*

2 *In pœnalibus, propriissima fit interpretatio.*

3 *Pacis fauore, ualet pactum quo inter hostes dirrepta, remittantur, etiam in damnum tertij.*

4 *Statuta pœnalia licet publicam utilitatem respiciant, tamen strictè accipiuntur.*

5 *Pax in dubio quòd non sit fracta, iudicandum est.*

QVAESTIO LVI.

1 HVc quoq; necessario pertinet, An in pacis contractu, stipulationis
2 uerba, largè uel propriè sint accipienda: & quum simus in pœnalibus, uidetur ꝙ propijssima fieri debeat interpretatio. c.inter dilectos. de fide instrum. c.ex literis. cum uulg. de proba.

Sed quidquid sit in stipulatione de non offendendo; fauore pacis, dubitauere Grat. consi. 114. in 2. & Soc. Iun. 103. in 3.

Verùm pacis fauorem tunc demum ope-

fari censeo; quum de eius celebratione tra-
3 ctatur: & id propter responsum scio ualere
fœdus, quo hinc atque indè inter hostes dir
repta remittantur; etiam in eorum damnum
quibus ablata sunt: ex Bald.& Ange.in l.be-
ne a Zenone.C.de quadri. præscrip. & simil.
de quibus Barba.consi.1.in 3.Corset.tracta.
de priuil.pa.& Alcia.lib.1.de uer.signi. uer.
4 ex bono quoque: nō autem postea, quum de
pacis fractione tractatur: prout dicimus in
statutis delicta punientibus: quæ licet publi-
cam respiciant utilitatem, & ob id extenden
da uideantur; tamen in delinquentis odium
strictè intelliguntur: ut docent Bald.l.fin.C.
de interdi.matri.& Soci.l.j.num.10. de uer.
5 oblig. Immò pacis fauore ea in dubio fieri de
beret interpretatio; ut adhuc esset integra;
ob bonum publicum, & quietem conseruan
dam; non autem fracta: quo casu & scandali,
& tumultus immineret periculum: ex not.
in l.cum proponas.2.C.de pac.& ita in pace
præsupponit Cor.consi.40.li.2.in prin.

SVMMARIVM.

1 *Pax, si inter plures insolidum facta sit; sequuta offensa in persona unius ex una parte; ab uno uel pluribus ex altera; quomodo competat pœnæ exactio.*

Correi

2 *Correi plures non dicuntur; quando est diuersitas in re.*

3 *Plures, in dubio uiritim promisisse censetur.*

4 *Repetitio ei conceditur; qui alienam præstat culpam.*

QVAESTIO LVII.

1 NEc frequens illa quæstio omittenda est: An pace inter plures insolidum facta, cum promissione de nō offendendo sub pœna, sequuta offensa in persona unius ex una parte, ab uno uel pluribus ex alia, cuilibet & contra quemlibet insolidum competat actio: Bar. l. fin. num. 2. ff. de duo. re. negatiuam amplexus est: quia non sunt omnes correi actiuè, & passiuè, quum
2 in eiusmodi stipulatione extet diuersitas in re, & sic in personam offensi: Idemque formalibus uerbis tradit in auth. hoc ita. nume. 15. C. eod. quem sequutus est Castren. l. si id quod. num. 4. ff. eod. nempè quia (ut ipse ait) alia est offensa quæ fit uni ab uno, alia quę fit alij ab alio: Ange. Imol. Alex. d. l. fi. & in addi. ad Barto. d. l. si id quod. Ange. Roma. Ias. uulg. §. Cato. num. 54. & Rui. post eos. num. 55. Cor. consi. 218. in fi. in ij. 167. in iij. 247.
3 in fi. in 4. concludens, ꝙ ex pluribus in dubio

quilibet pro eius facto promisisse censeatur.

Et hoc absq; controuersia procedit; cum ex uerbis stipulationis, non constat pacem inter plures tanquam inter duo corpora, duas ve partes & factiones collectiuè, factā fuisse: quod pluribus exemplis ostendit Alexan. consi. 116. in 4. ubi respondit eo casu quemlibet ex parte, pro uirili tantum agere & conueniri; ita ut inter omnes, æqualis fiat distributio: cui & adstipulari uidetur Paris. consi. 160. lib. 4.

Arbitror tamen consocios simul promittentes, si contrauentioni non contōserint; aduersus contrafacientem, quod soluerunt repetere
4 posse: nam quotiescunq; alienam culpam quis præstat, æquissimum est ei succurri: ut a delinquente repetat, quod eius causa præstiterit. l. ij. §. item si in facto: ubi scriben. & præsertim Alcia. num. 4. ff. de uerb. oblig. quod & inferius tractabitur.

SVMMARIVM.

1 *Pax si pro hæredibus etiam facta sit, an omnes hæredes, uel offensus tantum pœnam petat.*

QVAESTIO LVIII.

1 QVID autem si pacis stipulatio pro se & hæredibus facta proponatur. An omnes hæredes, uel offensus tantum, ad solidam pœnam agatur; & recepta uidetur Bar. sententia, in d. §. Cato. q. 6. num. 30. ꝙ offensus integram pœnam petere possit; tanquam stipulatio pro se & hæredibus ab ipsius persona incipiat, & indiuiduū contineat: quam probauere Castren. l. ij. §. item si in facto. ff. de uerbo. obli. Ange. Roma. Ias. num. 54. d. §. Cato. Cor. consi. 218. in fin. in 2. dicens, in iudicando a Bart. non esse recedendum, licet disputatiuè aliter sensisse fatentur; cum Imo. Commen. & Alexan. d. §. Cato. & idem consi. 167. in 3. cum quibus etiam Zas. transiuit d. §. Cato. uer. solus aget. numero 5.

SVMMARIVM.

1 *Hæres si offendat, an ad integram pœnam uel pro hæreditaria portione cum hæredibus teneatur.*

2 *Litium circuitus euitandus.*

QVAE-

QVAESTIO LIX.

1 MAIOR superest difficultas. An è diuerso offendens ad totam pœnam uel ipse & alijs cohæredes pro hæreditarijs tantum portionibus teneantur; & crebrior est omnium sensum, pœnam ab omnibus pro hæreditarijs portionibus cōmitti. d. §. Cato. ubi Bar. q. 6. num. 32. & Ias. nu. 54. tanquam eiusmodi pœnalis stipulatio in rem censeatur, & ex parte hæredum promissoris, sit ad hæredes transitoria.

Pro contraria sententia strenuè pugnauit Alcia. d. l. ij. §. item si in facto. & d. §. Cato. uer. quodammodo. num. 5. & uer. solus. nu. 13. in tract. de stipul. diuid. & indiui. ut uno ex hæredibus contrauenіente, omnes in solidum teneantur: ita ut solida pœna ab hoc, uel ab alio hærede possit exigi. quod probare conatur ex tex. d. §. Cato. ibi, solus tenebitur, tāquam quilibet hæredum pro principali habeatur propter hæredis adiectionem: quo casu uidetur actum ut stipulatio ab eius persona incipiat; & hanc ueriorem dicit: licet in contrarium frequentius itum esse fateatur.

Sed Zas. post eius terga, omnino ipsius fundamen-

damenta diuellere conatur pro communi cō tendens: à qua fortè pro concordia tunc recedi posset, quum aduersus offendentem tantum ageretur; ut tunc etiam solida pœna peti possit: quum certum sit cohęredes pro portionibus hæreditarijs conuenti; a contrauenienté, solutum posse repetere ex Bar. num. 1
2 32. & alijs s̃. ut euitetur litium circuitus. iuribus uulg.

Illud autem pro comperto haberi debet; (quidquid sit in conuentionali pœna) cohæredes, qui in contrafaciendo paci nullum ministerium, nullamve culpam præstitere, alijs pœnis legalibus uel bannimentalibus, præsertim defectionis fidei, uel honoris, non teneri: prout in similibus quæstionibus, pluries superius repetitum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes simul cum offendente, an in promissione de non offendendo insolidum, uel pro portionibus hæreditarijs conueniantur.*
2 *Stipulationes de non offendendo, sunt iuris prætorij.*
3 *Claudicatio contractus in dubio non permittitur.*
4 *Noxa caput sequitur.*
5 *Pœna authorem persequi debet.*

QVAE-

QVAESTIO LX.

1 AN autem quæ proximè in pace conclusa fuerunt, ut cohæredes offendentis proportionibus hæreditarijs iuxta communem, uel insolidum prout placuit Alcia. conueniantur, in cautionibus de non offendendo procedant: Ias. post Ro-
2 ma. d. §. Cato. nu. 55. sentit negatiuè tãquam eiusmodi stipulationes sint iuris prætorij; in quibus etiam indiuiduis si unus ex hæredibus cõtraueniat solus in pœnam incidit, pro parte sua; alios uerò propter prætoriam æquitatem non teneri: allegat tex. in l. pœnales. §. Iulianus. ff. ad l. falci. & Bart. d. §. Cato. q. 2. nu. 23.

Qui rectè perpensi non dicunt contrafacientem pro hęreditaria portione tantum teneri, sed ad solidam pœnam: prout & clarius docent Bar. d. §. Iul. num. 3. & Alexand. post eum: alias sequeretur ꝙ alter ex promittentibus unum ex hæredibus offendendo, integram pœnam solueret; & si ab uno ex eis offenderetur pro tertia uel quarta tantum iuxta hæreditariam portionem, pœna commit-
3 teretur: ex quo & contractus claudicatio, & absurditas præter stipulantium mentem orietur:

retur: quod non est admittendum. Clem. 2. de magi. Aequius erit igitur, in hisce prætorijs stipulationibus, cohæredes qui promissioni non contrauenerunt, nedum non in solidum, sed nec pro hæreditarijs portionibus
4 posse conueniri; noxa (ut prouerbio dicitur) caput sequente: ut qui solus promissioni cõtrauenit; solus quoque promissam pœnam
5 pendat: quæ (ut uulgo dicitur) suos authores sequi debet. l. sancimus. C. de pœn. quidquid sit in hæredibus paciscentium, seu inducias facientium, & quidquid in contrarium Ias. senserit.

SVMMARIVM.

1 *Pace pro se & consanguineis facta, cui & aduersus quem competat actio.*

2 *Ignorantes obligare non possumus.*

QVAESTIO LXI.

1 SED si quis in pace uel cautione de non offendendo, pro se & consanguineis absentibus promittat (prout in Vmbria & Piceno communiter fieri cõsueuit) cui & aduersus quem contrafactione sequuta, competat actio; & ex iã dictis eiusmodi

modi quæſtio facilè diſſolui poteſt ; nempè ut principales, qui pro alijs ſe obligauerunt, a quocunque & in quemcunque ſit contra-
2 uentum reſpectu conuentionalis pœnæ, conueniantur, & conueniant: quum ipſos ignorantes obligare non potuerint: iuribus uulg. & hoc iure noſtro nullam ſapit dubietatem.

Solent tamen prudentes principes, poſtea quam hodie ad euitanda ſcandala, cogun- 3
tur homines etiam pro conſanguineis inuitis uel ignorãtibus, promittere; publico programmate declarare, ꝙ conſanguinei facta ſibi de qualitate obligationis intimatione, ſi contrafecerint, pro indemnitatis conſeruatione, principali perinde teneantur; ac ſi ſolemniter promiſiſſent : quod ab Illuſtriſſimis dominis meis in Ducatu Vrbini, prouidè factum non ignoro.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatione ab abſentibus ſequuta; an adhuc aduerſus principalem uel ratum habentes, pœnæ fiat exactio.*

2 *Ratificatio mandato æquiperatur; etiam in ſpeciale mandatum requirentibus.*

3 *Ratihabitio quando retrotrahatur.*

QVAESTIO LXII.

1 MAIOR subest difficultas, quum pacem uel promiſsionem conſangui nei poſtea ratam habuerũt; in qua diſtinguẽdum uidetur; ꝙ aut a principio cautum fuit ꝙ ratificatio fieri deberet; & ea ſubſequuta, ipſis & contra ipſos, actionem ad pœnam competere: ac ſi ab initio paci, industijs uel promiſsioni de non offendendo interueniſſent; uel principales etiam eorũ no-
2 mine, & mandato præcedente promiſiſſent: ratificatio.n. (ut uulgo dicitur) etiam in ſpeciale mandatum requirentibus, mandato æquiperatur. c. fin. de iu. iur. in 6. gl. l. perinde. §. ſi procurator. in uer. abſente. ff. ad l. Aquil. cum his quæ fuſius congerũt Ange. l. licet. C. de iudi. Alex. conſi. 78. nu. 19. 146. nu. 3. in v. 133. num. 6. in vj. Dec. 281. & l. ſemper qui non prohibet. ff. de re. iu.

Niſi tamen principalis primò, ꝙ conſanguinei non offenderent ſub pœna, promiſiſſet: & ulterius etiam ſub pœna ꝙ ratam promiſsionem habituri forent? ſequuta namq; ratificatione, non ideo magis a priori promiſsione, tanquam fideiuſſores liberarẽtur: ſalua tamen ſibi actione ad repetendum: de quo etiam ſupra. q. 59. mentionem fecimus.

Aut

Aut de ratificatione nihil dictum; & nihilominus principali instante subsequuta est; & tunc autem præsente parte, & acceptante, & idem respondendum uidetur : ex his quæ proximè dicta fuere : & ex quò sumus in ca-
3 su, in quo ratihabitio retrotrahitur; & fingit ratihabentis consensum, priori obligationi interuenisse: ut congerunt Alex. d. consi. 78. num. 20. Feli. c. sicut tuis. de simo. & Deci. l. quod in initio. ff. de reg. iur. Aut parte absente, & etiam notificatione facta, tacente; & non uidetur quoad pœnam a principali obligatione recessum : quamuis etiam aduersus ratificantes, notario stipulante, competat actio; uulg. doct. Bar. in l. j. ff. de iu. fi.

SVMMARIVM.

1 *Pace a pluribus ex una parte, pro se & cuilibet eorum consanguineis & affinibus inita; si unus contrauenerit, quomodo pœna exigatur.*

2 *Pœna conuentionalis, pro contrafactione alterius soluta; an possit repeti.*

QVAESTIO LXIII.

1 NEc minus frequens ea est dubitatio; quum plures ex utraque parte pacem ineunt; uel non offendere promit-

promittunt, pro ſe & cuiuslibet eorum conſanguineis & affinis in forma; eadem ſtipulatione, & uerborum contextu; An ſequuta cõtrauentione ab uno ipſorum, ſeu eorum conſanguineo; ab uno, uel eorum quolibet, pœna exigi poſsit: Et uidetur quemlibet pro uirili agere, & conueniri poſſe: ex quo quælibet pars, pro uno corpore deſignatur: quod & clarius ex inſtrumenti uerbis perpendi poteſt; ubi dici conſueuit tales ex una parte &c. & ſub tali pœna parti obſeruanti applicanda &c.

Quòd ſi in diuerſis inſtrumentis, & ſtipulationibus pax & promiſsio facta ſit; aliud deliberandum: quia quilibet pro eius offenſione tenetur: niſi tamen ab uno ex pariter attinentibus, offenſio facta proponatur: eo.n. caſu ab uno tantum, uel ab omnibus promittentibus in uiriles fiet exactio.

Quòd ſi ab uno ex affinibus ſequatur contrauentio; qui alijs promittentibus non attineat; uel ab uno ex conſanguineis magis uni, quàm alij coniuncto; tunc licet obligatio eadem ſit uerborum ſeriè contexta; tamen reſpectu diuerſitatis cauſæ, correi non uidentur: & quilibet pro eius affine, uel magis conſanguineo conueniendus eſt: ita ut nec pax reſpectu aliorum rupta cenſeatur: cum quilibet

libet pro magis attinentibus promisisse uideatur: quos sibi maiorem obedientiam & promissionis obseruantiã uerosimiliter præstituros credebat: & ita in ciuitate Soræ aduersus Fiscum in causa satis ardua respondi: ex his quæ collegi ex dictis Bart. & Ange. in l. fin. 6. q. ff. de duobus re. & in repet. authen. hoc ita. q. 13. C. eod. & ex Alexan. consi. 116. in 4. & Cor. consi. 40. in 2. & 248. in 4. licet satis confusè loquantur.

Et prædicta respectu primi casus super quo respondit Alex. d. consi. 116. sic puto in
2 telligenda, ut nihilominus uiritim soluẽtes, ex parte offendentis ab ipso, cuius culpa conuenti fuere, solutum repetere possint.

Et ꝙ si nihil in pacis contrafactione commeruerint; quidquid sit respectu pœnæ conuentionalis, pacis fractores appellari non debeant: ut alibi sępè in similibus, dictũ scio.

SVMMARIVM.

1 *Interesse propter uulnus, An pœna conuentionali soluta debeatur.*

2 *Pœna conuentionalis, An iure Pontificio, & salua conscientia etiam ultraquam intersit, exigatur.*

3 *Pœna, quum ratione contemptus debetur, etiam ultraquam intersit exigitur.*

QVAE-

QVAESTIO LXIIII.

1 NEc ea negligenda est quæstio, An côuẽtionali pęna parti soluta, quia paci uel promissioni de non offendendo sit contrauentum; propter uulnera &
2 medelas interesse quoque peti possit: quæ ab ea.q. pendere uidetur. An pœna conuentionalis ultra partis interesse, iure Pontificio, & tuta conscientia exigi possit: in qua adhuc cõtrouertunt maiores nostri, & in qua Hostien. But. Imol. c. dilecti. de arbi. Soci. consil. 153. in 1. & plerique alij negatiuam amplexi sunt: Quibus contradixere Inno. Abb. c. tuam. de pœ. Abb. Ancha. d. c. dilecti. Roma. consilio 510. (quod frequenter allegatur) Cor. 153. in 1. & 2. in 3. Paris. 34. in 1. Rip. 9. in 2. quorum sententia crebrior uidetur: & nostra in specie eò certior est, quia pœna ex delicto debetur: Abb. d. c. dilecti. & in c. 1. ubi Fel. de constitu. licet non omnino assentire uideatur: & clarius Barba. consi. 45. uer. item quia dicta
3 pœna imponitur. col. 8. lib. 4. & quia pœna ratione contemptus potius, quàm interesse opposita censetur: ex his quæ tradit Deci. l. cum proponas. 2. in fi. C. de pac.

SVMMARIVM.

1 *Pax ab uno ex corrixantibus producta, an alijs etiam contumacibus prosit.*
2 *Verba statuti, in exorbitantibus propriè intelligenda.*
3 *Iudex nihil petenti, nihil impartitur.*

QVAESTIO LXV.

1 AN autem pax ab uno ex corrixantibus producta, prosit alteri contumaci, si lex municipalis pacem habenti pœnam minuat: Cataldi. tract. de sindi. num. 127. prodesse affirmauit ex tex. in l. j. & ij. C. si unus ex pluri. appella. Cui ego assentire non possum, quia pœnæ diminutio quæ ea lege fit; est aduersus ius commune:
2 ut ait Bald. l. diuus. ff. ad Sillan. & id propter eius uerba propriè in producente, seu à procuratore produci faciente, & legis beneficiū implorante percipienda sunt. iuribus uulg.

Nihilque afferunt incommodi. d. l. j. & ij. quia quòd appellatio unius, quorum causa erat communis, & eadem omnium defensio alijs prosit, nimirum; ne ex uno & eodem facto; & ubi eadem est absolutionis ratio, diuersæ

uersæ appareant sententiæ; nempè absolutoria & condemnatoria, ut tex. uerba, & Barto. Bal. & Castren. ibi clarè docent. quòd autem pro eodem facto plures eadem sententia dánentur; sed unus maiore quantitate, quia cótumax fuerit, nec confessionis aut pacis beneficium sibi impartiri petierit; non est inconueniens: & sibi non iudici culpæ adscriben-
3 dum est: qui (ut uulgo aiunt) nihil petenti nihil impartitur.

SVMMARIVM.

1 *Pax & reconciliatio quomodo probentur.*
2 *Exterioribus, animi intentio dignoscitur.*
3 *Concordia, ex manuum iunctione, antiquitus designabatur.*
4 *Testes & instrumenta, eandem uim habere solēt.*
5 *Pax inter illos casus non adscribitur; qui necessariò scripturam requirunt.*

QVAESTIO LXVI.

1 QVAERITVR tandē quomodo pax probetur: & si de reconciliatione tractemus; uerum est ex salutatione, ex amplexu, ex osculo, uel manuum iun-
2 ctione probari: iuxta illud, & dexteram iun-

gere dextræ: hiſce enim exterioribus, animum,& conſcientiam pacata fore dignoſcimus: uulg.§.pauonum.ubi glo. Inſti.de re.di
3 ui.Bal.l.j.nu.5.ff.de pac.ſicuti ex manuum iũctione antiqui Imperatores concordiam deſignabant: ut in numiſmate æreo, & argẽteo Neruæ, penès me uidere eſt: & ita Bal.in l.filiæ quem.ff.de lib.& poſt. & in l. in ipſius.ex illo tex.C.fam.hercij. & Alex. ad Barto.in l. non ſolum.§.iniuriarum.in uer.oppo.ꝙ non ſufficiat.ff. de iniur. adnotauere.

Si uerò de probanda pace, qua ſtatuti, uel reſcripti beneficio potiamur; ſtatuti uerba perpendenda ſunt; quæ ſi de pace producta
4 loquantur; neceſſario pacem quæ in ſcriptis facta ſit requirunt: alias ea quæ teſtibus conſtaret, non excluderetur; ſi eandem uim habent teſtes etiam inſtrumẽta: uulg.l.in exer-
5 cendis.C. de fi. inſtr. maximè quia pax inter illos caſus non adnumeratur; quę neceſſariò ſcripturam requirunt: ut in terminis reperij poſtea Catal.trac.de ſindi.q.90. Curia tamẽ, pacem niſi inſtrumento probetur, admittere non conſueuit: ut de ſenatu Mediolanenſi fidem facit Iul.Clar.in praxi in §.fi.q.58.uerſ. pen.& ita in curia Vrbini, Marchiæ, Peruſij, & Romæ ſeruari ſcio.

DE

DE INDVTIIS.

SVMMARIVM.

1 *Indutiæ idem quòd treuga, uoce barbara.*
2 *Indutiæ quid.*
3 *Indutiæ unde dicantur.*
4 *Indutiarum inuentor.*

QVAESTIO LXVII.

1 SEQVITVR modò ut aliqua circa indutiarum materiam (quas uulgo uoce barbara treugā uocant) ultra ea quę s. ti. de pa. continentur; particularius tractemus: & primò. Quid sint indutiæ: quas Pau. Iurisċon. in
2 l. postliminium. §. indutiæ. ff. de capti. & post
„ limi. reuer. sic breuibus definiuit: Indutiæ
„ sunt cum in breue, & in præsens tempus,
„ conuenit; ne inuicem lacescerent: quem sequuti fuere Hostien. in sum. de treu. & pa. & Archi. c. illi. 24. q. 3. dicentes treugam esse securitatē personis, & rebus, ad tempus præstitam; discordia nōdum finita: quam & Ab

rub.eod.licet minus propriè, fore pacem ad tempus factam, definiuit.

3 Dictę sunt autem induciæ, q in certam diē a pugnando otium præbeant: ut apud Cice. lib. 1. offi. uel (ut Gellio placuit) lib. 1. cap. 25. a tribus dictionibus, Inde, uti, iam: q lapso induciarum tempore, deinceps omnia belli iure uti iam peragantur: ac si per quendam coitum & copulam, nomen induciarum connexum sit: cui adstipulari necesse est, si dictio induciæ litera. t. & nō. c. scribi debet: ut nouissimè probat Aldus Manu. iun. li. ratio. orthogra. litera. I. licet plerique reclament; quia nō

4 induciam singulari numero, sed inducias dicamus: quarum Lycaon inuentor fuit. si Plinio credimus lib. 7. natura. histo. c. 36.

SVMMARIVM.

1 *Indutias facere quis posit.*

2 *Pacem facere ad quem spectet.*

3 *Auli ducis Romani, fœdus rescissum.*

4 *Indutiæ inter priuatos, an consistant.*

QVAESTIO LXVIII.

1 SEd quis indutias facere potest? & si de priuatis tractemus; respondendum est, prout in pace diximus. s. q. 8. ad hunc tamen effectum, ut comprehensorum

ſorum perſonæ in ipſorum detrimentum alligentur: Si uerò de publicis; conſtat belli Imperatorem, ſeu ducem ad breue tamen tempus, ſicut & belligerandi, ita & induciandi poteſtatem habere: ut docuere Bar. & Ange. in l. conuentionum. ff. de pac. licet ſi ad lō-
2 gum tempus fiant, ſicut & in pace ſenatus Pop. Roma. & ſic domini belli autoritas exquirenda ſit: argu. l. mandato generali ff. de
3 procur. exemplo fœderis ab Aulo exercitus Roma. Duce, cum Iugurtha contracti; quod Rom. populus, quia ipſo inſcio factum fuerat; reſcindi mandauit: ut apud Saluſtium in Iugur. de quo etiam Præpoſi. c. ius militare. in uer. nexus. diſtin. 1. & ita Pau. a Ca. in d. l. conuētionum intelligendus eſt, ut uidelicet de indutijs nō paucis diebus, ſed aliquo tempore duraturis loquatur.

Illud non diffiteor, ꝙ quemadmodum bellum inter priuatos, eosve qui illud indicendi authoritatem non habent; eſſe non poteſt. c. 2. 23. q. 2. Ita etiam treuga inter priuatas perſonas proprie conſiſtere non dicitur, ſi credimus Imol. c. 1. nu. 9. de treug. & pa. & Alex. d. l. conuentionum: quia tamen in pleriſque locis Italiæ uſu ueniunt, & ob bonum publicum fieri tollerantur; de his ſaltem abuſiuè loquendo, diſſeremus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Indutias facere an quis cogi possit.*

QVAESTIO LXIX.

1 ET si quæratur, an & quomodo quis ad indutias ineundas cogẽdus sit, dixi supra titu. de pa. q. 3. num. 13. uer. minus dubij.

SVMMARIVM.

1 *Indutiarum uiolator, qua pœna puniatur.*
2 *Pacis turbator quomodo plectatur.*

QVAESTIO LXX.

1 QVA autem pœna indutiarum uiolator puniatur, Marti. tract. de conf. prin. q. 32. testatur, ipsum pœna decem librarum auri puniendum: ex text. in c. 1. §. si quis uerò temerario ausu. titu. de pa. iur. fir.

Sed tex. loquitur in pace, de qua in d. tit. & de qua supra titu. de pace. quæst. 51.

Putarim ego, pœnam si in publicis simus indutijs,

indutijs, Principis; si in priuatis, etiam iudicis arbitrio relinquendam: attenta personarum qualitate, & euentu qui inde sequutus sit: si enim ex indutiarum uiolatione publi-
2 cæ pacis, quæ forte eo tempore tractabatur, resultet turbatio; pœna ultimi supplicij foret imponenda. l. fi. ff. de re. mili. si parum aut nihil scandali sit ortum, minor pœna; & prout Principis aut Iudicis religioni uidebitur: ut in simili probasse uidetur Guiliel. a Cun. tracta. de securi. nu. 32. & Iod. Brug. Enchirid. crimi. cap. 108.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de indutijs ad pacem an ualeat.*
2 *Induti æ, an magis naturam sapiãt belli, uel pacis.*

QVAESTIO LXXI.

1 ET, inde constat de indutijs ad pacẽ, & è conuerso, argumentũ non pro-
2 cedere: quia induti æ magis bello, quàm paci comparantur. cap. 1. §. uasalli. ubi Bal. nu. 67. tit. de pa. constan. quod etiam ex definitione utriusq; palàm est: & id propter animaduertendum est, ut quæ de uno a maioribus nostris scribuntur, ad alterum temerè non protrahamus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Causa noua, an excuset in indutijs sicut in pace.*
2 *Pax perpetuò, indutiæ ad tempus.*
3 *Patri, & non marito, cur lex filiam adulteram occidere permittat.*
4 *Creditores quando propria authoritate pignoris possess. accipiunt.*
5 *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*
6 *Fides semel fracta ab una parte; ab altera frangi non dicitur.*
7 *Fides etiam hosti seruanda.*
8 *Offensus, indutijs durantibus, honoris iacturam non patitur.*

QVAESTIO LXXII.

1 QVò fit ut adhuc cõtrouertant. DD. An quemadmodum in pace noua causa a uiolatione pacis excusat; ita & in indutijs: In qua specie pro negatiua primipilus adduci solet Vinc. Hyspa. c. 1. de treu. & pa. Archid. c. illi qui. 24. q. 3. But. cap. peruenit. de iu. iur. Io. And. ad Spe. Bal. rub. eod. titu. Ange. Imol. l. si ex legati causa, de uerb. oblig. idem Ange. Raph. Castren. num. 4. l. qui seruum. eod. titu. Soci. consil. 26. sed rectius

rectius 262.inci. in causa magnifici Petri de Medicis.lib.2.Felin.d.c.j.nume.6. Ias.l.cum proponas.ij.num.6.C. de pac.qui nedum de cõsuetudine, sed etiam de iure testatur.Marti. Laud.tract.de confęde.prin.q.16.dicẽs speciale esse in treuga, quòd licet frangas mihi, tamen tibi fidem frangere non liceat: omnes
2 ea diuersitatis ratione inter pacem & inducias, quòd pax perpetuò sit duratura, induciæ uerò ad tempus: quo lapso possit quis iniuriam sibi illatam retaliare; pro quorum sententia etiam alia ratio adduci posse uidetur: quia in pace rancor omnis & iniuria remittitur; quod non fit in treuga: & id propter arctiore uinculo fuit opus quum proniores essent homines ad arma, & induciarum fractionem quàm pacis: argum. tex.l. nec in ea.
3 §.fin.ff.de adul. ubi lex permittit patri, & nõ marito, filiam in adulterio deprehensam interficere: quia maritus fortè zelotypus, & qui quotidianis nuptijs gauderet, ad occidendum procliuior fuisset, quàm pater: pro quo lex nimium præsumit: & pro hac scio D.Pet. Aldobrandinum seniorem Iurecon.clarissimum consuluisse.

In diuersam tamen sententiam transiuere Abb.d.cap.1.de treug.& pa. Imol. c.3.de iureiur.Ange.Imo. Alexan. Aret.d.l. qui seruum.

uum. Alex.l.ſemel mora.ſol.mat.l. qui inſulam.de uerbo.oblig. & d. l. cum proponas. Cor.conſi.42.in ij.licet conſil.217. litera C. in j.caſum adhuc dubium aſſeruerit: Dec.d. l.cum proponas.& conſi.531.num.8. Pariſ. 165.in iiij.Mant.169.Beninten. deciſ.65.& pro communi probant Viui.lib.1.opi.num. 223.& Soarez theſau.com.opin.uer.pax.nume.63. pro qua etiam ſcio. D. Hormanot. det.Franciſ.de Pepis, Victorium de Soderinis,& Anto.de Strozzis,Florentinos,& pleroſque alios reſpondiſſe. Et reſpondendo Aret.rationi Pau.de Caſt.d.l. qui ſeruum;dicit eam non eſſe perpetuam, ideſt generaliter ueram, nempè quia maior fortè affertur uindictæ cõmoditas treugæ tempore, quàm
4 poſtea,argum.l.quæſitum. ff.de pigno. quo motus Bartol.l. creditores.C. eod. affirmat creditores propria authoritate,uirtute pacti etiam pendente dilatione,pignoris poſſeſſionem nanciſci poſſe:quando iuſta ſubeſt cauſa, & periculum in mora.

Vnde in tanta maiorum noſtrorum altercatione,cum Cor.d.conſi.217.animus meus adhuc in dubio uerſatur: quidquid Moderniores de communi teſtentur,cuius contrarium etiam ipſe Deci.d.l. cum proponas.nume.7.innuere uidetur: & quum.DD. uariè (ne di-

(ne dicam, confusè) loquantur; quibusdam
induti arum fractionem præsupponentibus;
5 ut sic frangenti fidem, fides frangatur eidē.
d.l.cum proponas: alijs nouam tantum of-
fendendi causam præmittentibus: Putarim
ego opinionum anfractus, hoc distinctionis
fœdere conciliandos: quòd aut de priuatis,
aut de publicis indutijs loquimur: & priore
casu, aut talis durante treuga præcessit offen
sio, qua uerè fracta est: & tunc liceat offen-
so, incontinēti & ex interuallo, iniuriam uin
6 dicare, sine indutiarum, fideive fractura;
quæ iam ab altera parte fracta, amplius fran-
gi non dicitur: ex his quæ tradunt scriben.
omnes ex illo tex. in d.l.cum proponas, & di-
cam infra, nec quempiam teneri ad indutia-
rum finem expectandum; quem pars ipsa cō
traueniendo, iam absoluit: & etiam quia in-
terea temporis, posset offensor uel abesse, uel
se diligentius custodire, ut dicebat Aret. s̃.
Aut aduersarius fidem non fregit; sed no-
uam tantum causam pręstitit; qua pars ad ip
sum personaliter offendendum & uindican
7 dum, meritò fuit prouocata; & tunc fidem
frangere non licere: quæ etiam hosti (ut uul-
go dicitur) seruanda est. l.j.C.de consti.pecu.
nec facilè uiolanda est; quum posit iniuriā
passus infra modicum tempus, completis in

dutijs

8 dutijs se ulcisci: uel quum ipsis durantibus facta sit, ipsam etiã absque honoris labe mussitare: quod Monomachistæ oẽs fatebuntur.

Posteriore autem casu quum de publicis indutijs, inter principes uel ciuitates agitur; hoc amplius in animaduersione fore uidetur: ꝙ quantumuis & publicas, & priuatorũ offensiones, ex pacto comprehendant; non tamen ex particularium contrafactione rumpantur: ne priuatorum resideat arbitrio, fœderi publico uim facere; & arma hinc atque hinc demissa, mouere: arg. l. priuatorum. C. de iurisdi. om. iud. Nisi ergo Princeps, uel ciuitas id malefacti conscij, condignam coercitionem detrectauerint; ita ut ratum habuisse delictum, dissimulatione uideri possint; ex his quæ scripsit Aret. consi. 165. uer. circa primum; uel quum prohibere potuissent, id facere neglexerunt; iuxta congesta a Dyn. & Cagno. reg. culpa. de reg. iu. in vj. indutias ruptas non censeo.

Nec è diuerso licere, sine fidei naufragio, dilatione pẽdente, uindictam sumere; & bellum (quod dormiebat) excitare. Quæ distinctio si peritioribus nõ arridebit; satis erit salrem ad eos prouocãdum, ut feliciori duplomate, aliam probabiliorem adducant.

DE

DE PROMISSIONIBVS DE NON OFFENDENDO.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo, est tertium genus, a pace, & indutijs differens.*
2 *Argumentum de indutijs & pace, ad promissionem de non offendendo non est perpetuum.*
3 *Promissionis de non offendendo definitio.*
4 *An etiam ex officio tantum, præstanda sit.*

QVAESTIO LXXIII.

POSTEAQVAM de pace, & indutijs tractauimus, superest ut etiam de promiss. de non offen-
1 dẽdo particularius loquamur: Quæ quidem promissio est tertium genus a pace & indutijs in pluribus distans: illę enim spontę fiunt, ut dixi supra. hæc uerò etiã am-
2 babus partibus inuitis, si prætori uideatur, præstantur: ut infra. & id propter de una ad aliam, argumentum non est perpetuum: ex his quæ fusius congerit Paris. consil. 165. lib.

 post

4. post terga. DD. in l. semel mora, ff. sol. mat. & in l. cum proponas. 2. C. de pact.

3 Quæ sic definiri potest. Promissio de non offendendo est legitimum præsidium, quod iustè timenti, iniuriam sibi inferri, ad ipsius instantiam, uel ex officio præsidis; ne partes ad arma & rixam procedant; præstari solet. probatur prior pars ex rescripto Martia. Impe. ad populum in l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confu. secunda in l. usufructum. ff. de usufru. & in l. illicitas. §. 1. ff. de offi. præsi. a qua nec dissensit Barto. d. §. 1. Vnde nimis

4 friuola est eorum sententia, credentium quòd solummodo ad partis instantiam præstanda sit.

QVAESTIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo, quando peti possit.*
2 *Causæ cognitio in promiss. de non offendendo, præcedere debet.*
3 *Minæ pro cautionibus de non offendendo exigendis; an sufficiant.*
4 *Saguntini dum Romæ de auxilio consulitur, funditus delentur.*

QVAE-

QVAESTIO LXXIIII.

1 QVANDO autem a parte peti possit, uidetur ex ipsa definitione declarari. nempè quando iustus, uel probabilis est offensionis timor, aut suspicio: Vn
2 de Bar. supra censuit causæ cognitionem pręcedere debere: cui addiderunt Albe. & Sali. d.l. denunciamus. Alex. l. qui bona. §. si quis. ff. de dam. infec. consil. 78. num. 25. in v. Feli. rub. de treu. & pa. Ias. l. si super pos. nume. 6. C. de transact. Paris. consil. 168. in iiij. qui de communi testatur. Pet. a Plaz. epit. delic. cap.
3 7. & plerique alij, causam iustam debere præcedere; ita ut etiam minæ non sufficiant: nisi & probetur minantem solitum minas exequutioni demandare: scimus enim promissiones eiusmodi maximè pœnales. c. odia. de reg. iur. & nedum familiam, sed & alienam comprehendentes (ut hodie ferè in tota Italia præstari solent) ualdè onerosas, & periculosas fore; & quàm plures familias pessum dedisse. l. ij. §. si dubitatur. ff. de iudi. graue est enim ut unus ex delicto alterius prægrauetur: ut ait tex. c. si hæres. xxiij. q. iij. & hac in specie Pet. de Ancha. consi. 52. incip. pro clariori.

Sed ut uerum est aliqualem causæ cognitionem præcedere debere; ut ait Bart. d. §. 1. sic & non adeò exactè exquirenda est; ut dũ
4 super hoc controuertitur; timens offendatur: ut Saguntinis contigit; qui dum Romæ de auxilio suppeditando consulebatur; fundi tus deleti sunt: sufficere ergo arbitror uerisimilem metum & suspicionem; statim Iudicis officio perpẽdenda: quod & sensere DD. Tholos. q. 489. ita ut etiam petentis iuramẽto, (si tamen uerosimilitudine foueatur) de minis sibi illatis, credi possit: ut docuit Guiliel. a Cun. d. l. denunciamus. num. 15. sitque materia hæc tota prudentis Iudicis arbitrio relinquenda: quod & sensit Sali. suprà. Nec ab re, quia si Præses ex officio nemine petente, partibusve inuitis, id munus explere potest; publica utilitate suadente: ut pacata & quieta sit Respublica. l. æquissimum. ff. de usufru. & dixi supra, ad petentis instantiam, qualiquali causæ cognitione præcedẽte, multò magis, & ita passim obseruatur.

SVMMARIVM.

1 *Promis. de non offendendo; an ab eo qui timori causam dedit, exigi posit.*

2 *Legis beneficiũ frustrà implorat, qui in legem*

gem commisit.

3 *Afflictio afflicto non superaddenda.*

QVAESTIO LXXV.

1 AN autem & qui timori causam pręstitit, exaudiri debeat; putà quia temerè & non prouocans; aliquē facto uel uerbis offenderit. Et licet plerique negauerint: quorum comminiscitur in hac 1

2 quæst. Felin. rub. de treug. & pa. octaua declaratione. num. 22. ne qui in legem commisit, legis beneficio perfruatur. uulg. cap. quia frustra. de usur.

Nihilominus ea receptior uidetur sententia, quæ pro affirmatiua cōcludit: quam probauere Bar. Alex. in l. qui bona. §. si quis iuxta. ff. de dam. infec. & Steph. Aufrer. ad dd. decis. Tholos. q. 489. Rip. rub. de iudi. quia cōmittens in legem ab ipsius legis ministris, & non a priuatis puniendus est: tot. tit. C. ut nemi. lice. se sine iudi. auct. uindic.

Non tamē inficiauerim, quin aduersus offensum pro cautione exigenda mitius sit a-

3 gendum; ne afflictio superaddatur, ut in terminis scribit Ancha. consi. 52. quid enim si, diues pauperem, si nobilis ignobilem, præter rem offenderit? animaduertere enim debet Prætor, ne plus sibi officiat cautionis du-

ra exactio; quàm iam illata offensio, quod & ex infra dicendis innotescet.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo, An cum fideiussore præstari debeat.*

2 *Fideiussores in promiss. de non offendẽdo, quandoque exactè nimis exiguntur.*

QVAESTIO LXXVI.

1 SED an eiusmodi promissiones, cũ fideiussore præstari debeant; Guiliel. d. l. denunciamus. nu. 21. quem sequuntur Bar. d. l. illicitas. §. ne potentiores. num. 4. & Sali. d. l. denunciamus. nume. 2. in eam tendunt sententiam, ut nuda cautio sufficiat, cum hypotheca bonorum: ut declarat Sali. supra, si idoneæ extent facultates; aliàs quòd etiam fideiussor exigendus sit.

Feli. uerò d. rub. de treug. nu. 15. aliter distinguit; nempè ut si ex Præsidis officio exigatur; nuda cautio sufficiat; si ad partis instãtiam etiam fideiussor accedat: ex glo. in cap. ex transmissa. & cap. literas. de restitu. spol. à quo nec recedere uidetur Pet. à Plaz. epit. delic. d. c. 7. nu. 2.

Verum

Verum mihi magis arridet Guiliel. Bart. & Sali. distinctio, tanquam iustior & æquior: quid enim si maius uersatur scandali periculum, quum ex officio iudex cautiones exquirit, quàm quum pars sibi timens, expostulat? pro qua idem Pet. allegat Montal. d. c. literas. in glo. in uer. securitas. 1

Sed; quidquid iure optimum decretum sit; in Vmbria & Piceno, fideiussores quantumcunq; diues sit promissor, indifferenter
2 & quandoque exactè nimis; exiguntur: ita ut plerunque offensi, quibus fideiussores reperire difficile est; solum uertant; & in desperationem adacti, se ad improbos, & facinorosos homines conuertant: quod ne facilè fiat, superioris distinctionis obseruantia, maximè in offensis absque causa, de quibus supra obuiam iri posset.

SVMMARIVM.

1 *Cauere coactus, quid si fideiussorem non reperiat?*
2 *Cautius agendum, ubi personæ uergit periculum.*
3 *Cautio iuratoria, quandoque admittenda.*
4 *Præsidi bono congruit prouinciam malis hominibus expurgare.*
5 *Militaris custodia quando decernitur, ne quis offendatur.*

QVAESTIO LXXVII.

1 VNDE & hoc quotidie in controuersia uenit; Quid si cauere coactus, fideiussorem, etiam diligentia adhibita, non reperiat? forte quia pauper, forensis, rixosus, uel grauiter offensus; ita ut uerosimiliter suspicari possit, se promissionem non obseruaturum: & generaliter concludi solet, cautionem iuratoriam cum bonorum obligatione, satis esse: allegatur Bald. l. omnes. §. in hac urbe. C. de episco. & cler. ex illo tex. qui minime probat: & Bald. & Castren. authen. cui relictum. C. de indic. uidui. tol. & cum eis transit Ias. l. sancimus. nume. 3. uer. 6. limita. C. de uerbo. sig. qui tamen in specie
2 nostra, ubi personæ periculum uergit, & sic cautius est agendum, non loquuntur. In qua tamen Per. a Plaz. sæpe allegatus. d. cap. 7. nu. 9. idem probare uidetur.

Verum & hoc iudicis religioni relinquendum putarem, qui cum paupere, forensi, uel offenso, qui tamen uindicare non minitare-
3 tur, mitius agere posset; iuratoriam cautionem, uel fideiussorem etiam nõ omnino idoneum cum ea (facta possibili diligentia) admittendo. Ast ubi cum temere offendente,

 uel

uel eo qui rixæ cauſam præſtitiſſet, ageretur; uel cum ſcandalis aſſueto; durius uerſari deberet; eiuſmodi hominum genus, in carceribus detinendo: iuratoriæ cautionis fragilitatem (ubi idoneas non haberent facultates) ſpernendo: prout etiam in ciuili negotio, propter malos mores, cauere debētis, ait Iaſ. l. cautio. C. de procur. & tandem a ciuitate,
4 exilium uel relegationem indicendo: con-
„ gruit enim bono & graui Præſidi curare, ut
„ pacata & quieta ſit Reſpublica; ſolicitè agen
„ do, ut malis hominibus expurgetur: ut dice-
„ bāt Vlpia. lib. 6. de offic. procon. qua duritie & rigore, quandoque eorum animos, etiam ad pacem, & honeſtè uiuendum deflectere poſſet.

Quod ſi fieri non contingit, & adhuc uigeat ueroſimilis offenſæ timor, & ſuſpicio;
5 debet Præſes militarem cuſtodiam decernere; etiam concuſſoris expenſis, ſi ſibi uideatur; ex his quæ ſcribit Alcia. l. ſi ſuper poſſeſſione. C. de tranſac. & arma ferendi, armatoſque ſecum ducendi, licentiam impartiri. l. fi. C. de eroga. mili. anno. ut in ſpecie ſcribit Sali. d. l. denunciamus. nu. 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo, an perpetuò uel ad tempus præstetur.*
2 *Arbitrium Præsidis, in fideiussionibus præstandis latum.*
3 *Iniuriarum obliuio, regulariter ex longi temporis lapsu præsumitur.*

QVAESTIO LXXVIII.

1 INSVPER quæri solet, an promissiones eiusmodi; perpetuò uel ad tempus præstari debeant; in qua quidẽ q. Guiliel. d. l. denunciamus. num. 35. & Bar. d. §. ne potentiores. num. 7. quos Ange. Imo l. l. iij. ff. de dam. infect. & cæteri communi uoto sequuntur; hoc iudicis arbitrio relinquerunt: reiecta opi. Ioan. Fab. d. l. denunciamus, eas perpetuas esse dicentis; cum quibus etiã transiuere Felin. d. rub. de treug. & pa. num. 16. & Aufrer. ad decis. Tholos. q. 489. Rip. rub. de dam. infect. num. 23. de communi fidem faciens.

Qui tamen Ange. Imo. & Castren. in l. penul. ff. de præto. stipul. aiunt arbitrium ultra decem annos non porrigi: ex illo tex. in uer. longum

longum tempus, quibus etiam Felin. & Aufre. aſſentire uidentur.

Sed ubi in contrarium non extat curiarũ ſtylus; quo uel durante prætoris officio, uel ſimpliciter, & in perpetuum, cautiones dari ſolent; (a quo non niſi graui cauſa recedendum
2 puto) arbitrij habenas reſtringendas nõ arbitror; quominus præſes ad perpetuo fideiubendum, iuxta perſonarum, & facti qualitatem, arctaret: Quid enim ſi capitalis inimicitia extaret; nempè ex homicidio in fidei, uel patris perſonam perpetrato? quo caſu ex
3 longo temporis curriculo, non ita facile prout in alijs caſibus, iniuriarum præſumitur obliuio: uulg. l. peregrè. ff. de acqui. re. dom. & profectò deceret cautiones perpetuas, nõ temporales fore. Nec me mouet tex. d. l. pen. quia dum ibi dicitur, ꝙ præſes qui ante in triennium caueri iuſſerat, poſtea in longum tempus caueri præcepit; non id propter negatur, quin & perpetuò ſaltim a principio, caueri facere potuiſſet: & cum hac ſententia poſtmodum uidi etiam Rip. rubr. ff. de dam. infec. tranſiuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Contractus in promiſsione de non offendendo, an poſsit claudicare.*

Arbiter

2 *Arbiter an cogi possit sententiam dicere, si unus ex compromittentibus pœnam promiserit; alter non.*

3 *Pœna maior, quando ad minorem redigatur; si dispariter sit promissa.*

4 *Promis. de non offendendo, an ualeat; donec è diuersò sit præstita.*

5 *Aequalitas in contractibus seruanda.*

6 *Contractus, cum pupillo claudicat.*

7 *Contractus, cũ ecclesia uel Principe claudicat.*

8 *Contractus promis. de non offendendo, inter uirũ & uxorem claudicare potest.*

9 *Contractus promiss. de non offendendo, ubi ex una parte nullus subest timor, claudicatio permittitur.*

10 *Contractus claudicatio, in promissione de non offendendo inter diuitem, & pauperem admittitur.*

11 *Cautiones dicuntur dispares, quãdo diues & pauper æqualem pœnam promittunt.*

12 *Causa magna & modica, dicitur iuxta personarum qualitatem.*

13 *Contractus dicitur simul tractus.*

14 *Pœna licet in compromisso ab una parte tantum promissa sit, ualet nihilosecius sententia.*

15 *Arbitri interest, eius sententiam nõ impugnari.*

QVAE-

QVAESTIO LXXIX.

1 NEc omittenda est ea quæstio; quæ quotidie in foro uersatur; An contractus promissionum eiusmodi, claudicare possint; puta quia, unus promisit non offendere; alter non; uel sub pœna ducentorum; alter uerò centum: In qua quidem, uidetur negatiuè respondendum: ex rescripto Vlpia.lib.13.ad edictum; de quo in l. litigan
2 tes.§.idem Iul. ff. de arbi. ubi refert Iuli. scri-
„ psisse; non cogendum arbitrum sententiam
„ dicere, si alter pœnam promiserit, alter non:
„ & inde est quòd Guilel.in Specu. eod. titu.
3 §.sequitur, num.47. uersic. sed circa hoc quæro; censuit maiorem pœnã ad minorem redigẽdam si dispariter sit promissa; ut seruetur æqualitas: quem sequitur Alexan. ad Bartol. in l.si quis.§.si de meis.ff.eod.tit. Ita ut apud
4 criminalistas, passim rumor increbuerit; nõ ualere promissionem de nõ offendendo simpliciter ab uno præstitam, donec & alter quoque præstiterit: ea uulgari ratione; ne contractus claudicare uideatur: contra uulg. l. quæro.§.inter locatorem.ff.loca.& l. j. ff.de
5 rescin. uendi. clamitant namque omnes in contractibus æqualitatem seruandam: ut

etiam

etiam in ſpecie noſtra, probare uidetur Bal. conſi.57. in j. alias 195. in ij. incip. laudare uos: & Deci. 531.nu.10.obiter tamen & perfunctoriè loquentes: & pleriqueex recentioribus ita credidere.

Quibus tamen ego & conſulendo, & iudicando, adſtipulari nunquam potui: generaliter admittens, in quampluribus caſibus, nedum ex partium conſenſu; ſed etiam lege ſic ſuadente, uel Præſide ſic ex cauſa iubente, cõtractus inæqualitatem admitti.

6 Quid enim ſi cum pupillo contrahatur?
„ quo caſu qui cum ipſis abſque tutoris autho
„ ritate contrahunt, obligantur: at inuicem pu
„ pilli non obligantur: uerba text. in §.j. Inſti.
7 de autho.tuto.& cura. Quid ſi cum eccleſia?
8 Quid ſi cum Principe? cap.1. ubi Fel. de proba. Et quid (in ſpecie noſtra) ſi uxor a marito caueri petat; quem ipſa uerosſimiliter
9 non ſit offenſura? generaliterve ubi ex una parte nullus ſit timor, nullave dubitatio: uulg.reg.uani timoris.ff.de reg.iu. quibus caſibus, claudicationem tolerari ſenſere Caſtren.l.qui bona.§.ſi quis.ij.ff.de dam.infect.
10 & Feli.rub.de treug.nume. 20. Quid ſi ex cauere debentibus, unus ſit diues, cui ducentorum aureorum amiſsio, minoris ſit detrimenti, quàm alteri pauperi quadraginta? &

conſtat

constat dictas impares cautiones, nihiloseцius nedum expressa causa, sed etiam simpliciter præstitas, ualere: si modò Iudici, ex dictis causis, uel alijs similibus, ita uideatur; alias nimis fragilis esset diuitis cautio, si solutis quadraginta tantum; iuxta pauperis pro
11 missionem; posset illum offendere: Quinimmò dispares eæ forent cautiones, quæ æquali quantitate, inter diuitem, & inopem, præstarentur: ex quò, tanti est diuiti centum, quanti pauperi decem: prout in simili in iuramento suppletorio perpenditur; quod in causis
12 magnis denegatur: uulg. l. admonendi: aiunt enim maiores nostri, causam modicæ & magnæ quantitatis dici, iuxta personarum qualitatem: ut pauperis respectu, causa decem librarũ, sit magna; diuitis uerò modica quinquaginta, & centum. teste Bar. d. l. admonendi. nu. 54. & in l. sed & si susceperit. §. 1. ubi etiam Ang. ff. de iudi.

Suadet etiam quia quum quis iubente iudice, de non offendendo absentem cauet, &
13 ut plurimum inuitus; propriè non dicitur cõtrahere: contractus enim dicitur simul tractus; & ubi simultaneus consensus interuenit, ἀλλαγὴ συμβόλαιον. hoc est negotium, quod cum alio inimus.

Et ubi mutua, ultrò citroque oritur obligatio:

gatio: gloss. Bald. Porci. §. fi. Insti. de obliga. Et ideò nimirum, si cum Fisco, uel Prætori de non offendendo promittitur; quis cum altera parte contrahere non dicitur.

Nec me mouet tex. in alleg. l. litigatores. §. idem Iul. quæ potius, idem & si spreta, præcedenti uersiculo inchoare deberet; quia ex eo quòd scribat Iul. non cogendum arbitrũ sententiam dicere, si alter pœnam promiserit, alter non; inferri non uideo, ꝙ si arbiter sententiam protulerit, non ualeat sententia,
14 tanquam compromissum, ubi pœna ab una parte tantum promissa fuerit, non ualuerit: ut comprobat Bar. sequendo opi. Ioan. gloss. §. si de meis. Id enim arbitri fauore, inductũ
15 est; cuius interest eius sententiam non impugnari: quod facilius eueniret, si pœna ab una tantum parte stipuletur: quo respectu, ait Vlpia. d. l. uersi. proinde; plenum non esse cõpromissum: consequitur ergo tex. in quo Moderniores se fundant; & Guiliel. decisio, de qua supra casui nostro applicari nõ potuisse.

SVMMARIVM.

1 *Pax, quam partes pro se & consanguineis obseruare promiserunt, an sit uiolata, quia alter ex paciscẽtibus, consanguineũ alterius offenderit.*

Consangui-

2 *Consanguinei an actiuè, & non passiuè comprehendi possint.*

3 *In pœnalibus a uerborum proprietate non recedendum.*

4 *In pœnalibus omissum pro omisso habetur.*

QVAESTIO LXXX.

1 VNDE ex ijsdem rationibus, & plerisque alijs, proximis diebus consului, in causa Barbariensi, quæ Romæ decidenda uertebatur; quòd pax quã pro se, & consanguineos obseruare promise runt; non erat uiolata ex eo ꝙ alter ex paci-
2 scentibus consanguineum alterius offenderat: maximè quia ex ui uerborum consangui nei actiuè, & non passiuè comprehendi uidebantur: & quia principalium respectu, nulla extabat promissionum disparitas, quum uterque eadem uerborum serie, eodemque
3 uinculo, deuincti essent: in his enim quæ stricti iuris sunt, prout in pœnalibus, temerè a uerborum proprietate non recedimus. uulg.
4 l. non aliter &c. & omissum pro omisso habetur. l. si cum dotem. ff. sol. mat. ut in pacis contractu; ait Bald. cons. 57. in j. alias 195. in ij. sæpius allegato. colum. iij. quod & in promissionibus de non offendendo, ita conceptis obseruandum.

SVMMARIVM.

1 *Cautione ab una parte simpliciter præstita, si interim sequatur offensio, an pro ea parte, pœna committatur.*
2 *Pœna quandoque debetur ratione contemptus.*
3 *Protestatio quòd cautio non ualeat, donec ab altera quoque parte præstetur, an admitti debeat.*

QVAESTIO LXXXI.

1 HVc quoque pertinet & sequens quæstio: Quid si data cautione ab una parte, simpliciter, & absque protestatione quòd non ualeat, donec etiam ab altera fuerit præstita; (qua plerique consultius agentes uti solent) interim sequatur offensio? & uulgò aiunt, promissioni contrauentum non esse; tamquam promissione correspectiua non sequuta, pro non scripta habeatur: nec claudicatio & disparitas sequatur; de quibus supra.

Verum ego ex præmissis, semper in diuersam sententiam tetendi: debet enim qui Prætori non offendere promisit; fidem seruare: nec magistratus dignitatem, ita pro nihilo habere; ut hodie promittat, & cras contraueniat.

2 niat: ſcimus enim eiuſmodi pœnas etiam ratione contemptús committi: ex his quæ docent Bald. l. ſi defunćto. C. locati. & Deci. l. cum proponas. ij. in fin. C. de pact. Itaque niſi 1
promittens prouocatus, offenderit; uel ex noua cauſa, de qua ſupra, titu. de pa. q. 47. exaćtioni pœnæ locum arbitror, ac ſi pœna utrinque in ſtipulationem deducta ſit.

3 Illud nec prætereo, quòd Præſes proteſtationem prædićtam poteſt, immò & debet negligere, nullatenusq; admittere: ut delićtis obuietur; & ligatas interim una pars, habeat manus, donec & altera colligetur. 1

Vnde meritò Illuſtriſsimi Principes noſtri Vrbinenſes, publico programmate, decreuerunt; ut facta requiſitione de cauendo ſub pœna; cautiones ſub eadem pœna pro præſtitis habeantur: quod ad euitanda ſcandala, cæterorum quoque Principum facere, munus eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Promiſsioni de non offendendo, an ſit contrauentum ſi filius offendatur, uel offendat.*

QVAESTIO LXXXII.

1 SIc & alia peregrina quæstio defini ri poteſt, an promiſsioni de non offendendo ſimpliciter; dicatur contrauentum, ſi filius offendatur: & an è diuersò ſi filius offendat, quæ ſuprà tit. de pa. q.39. explicatæ fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Promiſsio de non offendendo, an etiam pro filijs & conſanguineis, ac familiaribus præſtãdã ſit.*

2 *Stilus Vmbriæ & Piceni, ut quis etiam pro conſanguineis & affinibus promittat.*

QVAESTIO LXXXIII.

1 AN autem eiuſmodi cautio nedum pro ſe, ſed & pro filijs, familiaribus, & conſanguineis præſtari debeat, Guiliel. a Cun. in ſępe dicta l. denunciamus. num. 24. dicit quempiam cogi poſſe nedum ꝙ per ſe uel alium non offendet; ſed etiam pro illis, qui ſunt de eius familia. Bart. d. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præſi. num. 5. concludit, ut etiam pro familiaribus

&

& complicibus teneatur. Sali.d.l. denunciamus.nu.2.loquitur de filijs, familiaribus, & ſibi ſubiectis. Feli. rub.de treu.nu.18. uerſic. qui timet: cum Bar. tranſire uidetur; nempe ut etiam familiares & complices in promiſſione comprehendantur: allegans Bald. in l. j.nu.3.C.de epiſco. & cle. cui adſtipulari uidetur Pet.a Plaz.epit.delic.c.7.nu.8. quoſdá alios ex recentioribus allegando: adducunt omnes.l.j.& l.qui inſulam.ff.loca.& ſic ſe ha
2 bet communis Vmbriæ & Piceni ſtilus: ita ut nedum filij & conſanguinei, ſed etiam af fines uſque in tertium gradum iure canonico computandum comprehendantur.

Sed circunſcripto ſtilo, iure optimo cautum non reperio; ut quis pro alijs quàm filijs, alijsque quos quis ſub poteſtate habeat; ad onus iſtud adeò graue & extraordinariũ cogi debeat: uulg. rub.& tit.C.ne filij pro pa. & c.ſcimus.n. quòd plerunque (ut ait Poeta)

„ *Filius ante diem patrios inquirit in annos.*
„ *Et quòd fratrum quoque gratia rara eſt.*

Vnde ꝙ quis cauere cogatur pro his filijs qui ſacris paternis, nõ ſubijciunt; & pro alijs conſanguineis, qui ſub poteſtate uel gubernio ipſius non uerſantur; qui quandoque in 1
ſolam promittentium inuidiam, contraueniunt; nimis graue & inhumanum uidetur.

 Nec

Nec me mouet tex.in alleg. l. j.quia nihil ad rumbum. nec in l. qui insulam. §. colonus, quæ loquitur in seruo qui est sub potestate, & familia.

Nec contradicit Bald. a Fel.allegatus d. l. j.nu.3.quia loquitur in pace,ad quam nemo cogitur, ut alibi dixi: & per uerbum debet, dicens ꝙ pacem faciens, debet promittere pro familiaribus, & adhærentibus,si uult esse fidelis;quæ uerba potius decentiam,quàm necessitatem important. Vnde ꝙ quis pro alijs,quàm pro filijs & descendentibus, quos sub potestate habet, promittere cogatur;iuri consonum non censeo: & ideò Sali.s̃. de filijs & familiaribus sibi subiectis tantum loquutus est: idemque sensisse uidentur Abb. c.1.de resti.spol.Curt.Sen. consi.41.Rip.l.j. nu.15.ff. de dam.infec. Animaduertant igitur prudentes Præsides,ut ẽt stilo in contrarium suadẽte, in eiusmodi promissionibus, pro alijs præstandis, uel aliorum culpa exigendis; mitius agant: quum extra iuris communis orbitam uagentur.

SVMMARIVM.

1 *Pater an pro spurio cauere cogendus sit:uel si pro filijs simpliciter cauerit, si spurius contraueniat, teneatur.*

Spurij,

2 *Spurij, filiorum appellatione non continentur.*
3 *Spurij non sunt filij nominandi.*
4 *Spurij coniunctorum appellatione non comprehenduntur; nec cum eis (quoad patrem) ulla datur cognatio.*
5 *Spurij; iure ciuili incogniti.*
6 *Spurius non continetur statuto, quòd pater pro filio condemnationem soluere teneatur.*
7 *Spurius an comprehendatur in statuto, quòd pater pro filio damnum rependere cogatur.*

QVAESTIO LXXXIIII.

1 ET ex his quæ supra digesta sunt; alia quoque diffiniri potest quæstio: An pater pro filio spurio cauere cogatur: uel si pro filijs simpliciter cauerit; ex offensione a spurio facta, teneatur: in qua cõmuni uoto maiores nostri, negatiuè respondere; & præsertim Dyn. Ray. Bald. l. cum pater. §. uolo. de leg. 2. Alex. l. ex facto. §. si quis rogatus, nu. 48. ff. ad Trebel. & consi. 60. nu.
2 13. in ij. quia ait Bald. d. §. uolo, filiorum, immò & liberorum appellatione, spurij non cõtinentur: auth. qui. mo. natu. effi. sui. & quia
3 spurij, filij non sunt nominandi: authen. ex
4 complexu. C. de incest. nup. ita ut nec coniunctorum appellatione, ueniant: nec cum illis

 sit,

ſit, quoad patrem, coniunctio, aut cognatio:
ut uoluere Dyn. conſi. 15. Bald. l. id quod pau
peribus. C. de epiſ. & cler. Alex. d. conſil. 60.
nu. 9. Tiraq. conſuet. pictor. de retract. ligne.
5 §. j. gloſ. 8. nu. 5. tamquam ciuili iure incogni
ti. Suadet quia ſtatutum, quo pater pro fi-
6 lio condemnationem ſoluere cogatur, de fi-
lio ſpurio non intelligitur: ex Bal. in l. genera
liter. §. cum autem. nu. 5. C. de inſti. & ſubſti.
& in l. j. nu. 4. C. de ſucceſ. edic. quia (ut ipſe
ait) fieret interpretatio extenſiua, ultra defini
tionem & ſignificationem uocabuli. l. filium
definimus. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. ſe-
quitur Sali. ibi. Imo. d. §. ſi quis rogatus. Al-
7 be. prima par. ſtatu. q. 49. & in ſtatuto, quod
pater damnum a filio datum, reficere tenea-
tur: Ioan. And. in addi. ad Spec. rub. qui filij
ſint legi. & Alex. d. conſi. 60. nu. 14. & alij paſ
ſim; quibus & quæ præcedenti. q. dicta ſunt,
adſtipulantur.

Putarim tamen Iudicis arbitrio relinquē
dum; an in cautionibus præſtandis; pater pro
eo cogendus foret; cuius munus eſſet ſciſcita
ri an pater ipſum domi alteret, & ceu filium
tractaret; an alios legitimos & naturales ha-
beret ad quos propriè uindicta pertineret;
& patris ac ſpurij mores, & cauſæ qualitatē
perpendere: & ex his & ſimilibus ita agere,
ut

ut pater in eiuſmodi exorbitantibus, præter rem non grauetur; ſcandaliſque obuiam eatur. Audiui enim a pleriſq; , filios ſpurios deſiderari, ut uindictæ, ſine cenſus obliguritione, commodius poſſent perpetrari.

SVMMARIVM.

1 *Naturales an in promiſſione de non offendendo pro ſe & filijs comprehendantur, & an pater pro eis cogi poſſit.*

2 *Naturales, proprie qui dicantur.*

3 *Naturalis, nõ dicitur propriè filius in pœnalibus.*

4 *Naturalis, an ſtatuto contineatur, quòd pater pro filijs condemnationem ſoluere debeat.*

5 *Naturalis an in emphyteuſi, pro ſe & filijs comprehendatur.*

6 *Naturales ciuili iure, filij nominantur.*

7 *Naturales pro legitimis, & naturalibus habentur, in his quæ naturali iure perueniunt.*

8 *Naturales, ad accuſandum de morte patris admittuntur.*

9 *Naturales filiorum appellatione continentur; quum eadem militat ratio, quæ in legitimo.*

QVAESTIO LXXXV.

1 MAIOR profectò in filijs, propriè naturalibus; uerſatur dubitatio; nempè an in promiſſione pro filijs contineantur;

tineantur; uel pro eis quoque pater promit-
2 tere cogi possit: de his loquendo; qui ex con cubina nascuntur, diu domi in habitu concubinæ, & (ut aiunt) affectione maritali retenta; & quæ sit unica: de qua Guiliel. in Specu. titu. de succes. ab intest. §. j. uersic. nunc de naturalibus. Alexand. consil. 60. nume. 8. & Caccialu. repet. l. si qua illustris. C. ad orphi. & Alcia. tracta. de præs. reg. iij. præs. v. In qua quidem quæstione Cyn. d. l. cum pater. §. uolo. ff. de leg. 2. negatiuam amplexus est: & post eum Felin. cap. in præsentia. nume. 36.
3 de probat. & facit quia filius naturalis, non dicitur uerè & propriè filius. d. l. filium. ff. qui sunt sui, uel alie. iur. maximè in pœnalibus: ut in statutis docet Abb. d. cap. in præ
4 sentia, & in statuto quòd pater pro filio condemnationem soluere teneatur. Imol. l. Lucius. ij. §. fin. de leg. ij. Albe. d. quæst. 49. pri-
5 ma par. stat. & quòd in emphyteusi ecclesiastica pro se & filijs non cõtineatur. Bal. Imo. d. §. fin. Abb. Felin. nume. 42. d. cap. in præsentia.

Sed quidquid sit, quum de naturalium fauore, alijsque similibus tractatur; in specie nostra authoritate Cyn. & Felin. non obstante, subsisterem; si filij naturales (prout de spurijs dixi) sub patris gubernio uiueret; ip-

6 si enim ciuili lege filij nominantur; nec omnino spernuntur. eod. titu. C. de natu. lib. & quum sint natura filij, & ex paterno semine concepti; prout legiti. & naturales, uerosimile est ex offensa patri facta, pariformiter ipsorum sanguinem circa cor ebullire; & ma-
7 nus ad uindictam conferere: in his enim quę naturalia sunt, naturales pro legitimis & naturalibus habentur: ut ait Barba. in addit. ad Bald. d. l. generaliter. §. cum autem. nume. 5. Guiliel. a Cun. l. parentes. ff. de in ius uoc. Tiraq. de retrac. Ligna. gloss. viij. §. j. nu-
8 me. 5. Ideo Bartol. l. j. nume. 3. ff. de accusa. probat, naturales de morte patris ad accusandum admitti: & generalis regula tradi so-
9 let; quòd ubi eadem militat ratio in naturali quæ in legitimo, filiorum appellatione contineantur. Cyn. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. Abb. Felin. nume. 33. d. cap. in præsentia.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo, an ad uxorem passiuè porrigatur.*

QVAE-

QVAESTIO LXXXVI.

2 SED an simpliciter præstita, ad uxorem passiuè porrigatur; ita ut uxorem offendens, contrauenisse dicatur: & negatiuè respondendum arbitror: quidquid in pace deliberãdum sit, ex his quę scripsi. s̃. tit. de pa. q. 38.

SVMMARIVM.

1 *Cautio simpliciter præstita, an hæredes comprehendat.*
2 *Hæres dicitur eadem persona cum defuncto.*
3 *Promittens simpliciter, pro hæredibus quoq; promittere censetur.*
4 *Hæres Titij in instrumento nominatus uidetur, Titio nominato.*
5 *In pœnalibus a uerborum proprietate non recedimus.*
6 *Hæredis persona, fictè eadem dicitur, non uerè.*
7 *Dictio quodammodo improprietatem designat.*
8 *Hæres eadem persona cum defuncto non dicitur, quum uerba propriè capiuntur.*

QVAE-

QVAESTIO LXXXVII.

1 AN uerò cautio, ut supra, simpliciter præstita, hæredes eorum quoque comprehendat: uideretur affirma
2 tiuè concludendum; quia hæres est quodam modo eadem persona cum defuncto: uulg. §. j. in authen. de iureiur. a minore præsti. & qui
3 pro se simpliciter promittit, pro hæredibus quoque promisisse censetur. gloss. Barto. l. si
4 sic. de uerb. obli. & nominato Titio in instrumento, hæres eius etiam nominatus uidetur: ex Bal. in l. j. C. quo. lega. cum similibus.
Sed hac in specie contrarium respondendum;
5 quia sumus in pœnalibus, in quibus a uerborum proprietate non receditur; omissumque pro omisso habetur. l. si cum dotem.
6 ff. sol. matri. Alia enim propriè loquendo & uera, est persona defuncti; alia & ficta, & re-
7 præsentatiua est persona hæredis. Ideò tex. d. §. j. utitur uerbo quodammodo; quod impro prietatem designat. l. in suis. ff. de lib. & posthu. & in simili congerit Ias. l. j. §. sed & si mihi. nu. 3. de uerbo. oblig. Et quod in materia, in
8 qua propriè, & non per interpretationem percipi debent; hæres eadem persona non censeatur; post aliorum terga docet Dec. l. hæredem.

dem.ff.de reg.iur.& in quæstione nostra Are.uulg.§.Cato.& l.si stipul. fuero. de uerbo. oblig.& Pet.a Plaz.epit.delic.lib.1.c.6.num. 29.uers.hinc etiam.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo, pro se & hæredibus si fiat; an cohæredes pro hæreditarijs portionibus, uel insolidum teneantur.*

QVAESTIO LXXXVIII.

1 QVID autem si promissio pro se & hæredibus facta sit; an cohæredes offendentis, pro hæreditarijs portionibus, uel insolidum teneantur: maxima controuersia iuris est quæstio; (in qua ut in adagio est) Delio natatore opus esset. uideto quæ dixi.s.tit.de pa.q.lx.

SVMMARIVM.

1 *Cautiones de non offendendo in uno territorio præstitæ, si in alio sit contrauentum, an exigantur.*

2 *Ius dicenti extra territorium, impunè nō paretur.*

3 *Iudicis decretum, ultra territorium non extenditur.*

Postulare

4 *Postulare prohibitus in una prouincia, in alia non probibetur.*

5 *Statutum quòd unus pro altero teneatur; in delinquente, extra territorium non procedit.*

6 *Repræsaliæ, latine clarigationes appellantur.*

7 *Statutum obligans patrem, pro filio delinquente, non procedit si extra territorium delinquat.*

8 *Statuti natura est, ut extra territorium uires non porrigat.*

9 *Probibitio respiciens personam tantum, non bona, etiam extra territorium porrigitur.*

QVAESTIO LXXXIX.

1 NEc ab re quæri potest, An cautiones coram Præside unius prouinciæ præstitæ; si in alieno territorio sit contrauentum; exigi possint; Guil. a Cun. in sępe allegata. l. denunciamus, nu. 38. uersi. sed quæro qualiter. C. de his qui ad eccle. con fu. negatiuã probauit: ex tex. in l. fi. ff. de iuris-
2 di. om. iudi. ubi extra territorium ius dicẽti, impunè non paretur: Sed ibi nimirum, quia non debuit iudex, extra iurisdictionem ius dicere: quod non est in casu, de quo supra, in quo cautiones coram competenti iudice præstitæ fuerũt: allegat etiam tex. in l. cum unus. §. is qui. ff. de bon. alias reb. auth. iudic. poss.

ubi

ubi ſimplex iudicis decretum, ultra eius ter-
3 ritorium non extenditur: Sed nil facit, quia
ideſt reſpectu bonorum quæ ſunt intra terri
torium; extra quod, iuriſdictio non extendi-
tur: adducit etiam .l. ex ea cauſa. ff. de poſtul.
4 ubi prohibitus poſtulare in una prouincia,
in alia non prohibetur. Sed ibi prohibitio re
ſpectu certæ cauſæ, abſque culpa & infamia
poſtulantis, facta fuit: quæ ad rem noſtrā ſat
5 commodè trahi non poſſunt: Suadet etiam
quia lex municipalis, quòd unus pro altero
teneatur; in delinquente extra territorium,
non procedit: ut in ſtatuto Florentino ſcri-
6 pſit Bartol. tract. repræſaliarum (quas lati-
næ clarigationes appellamus) 4. par. j. quæſt.
7 principa. & in filio ſi patrem obliget pro le-
gitima Bal. l. j. q. 3. C. ne fil. pro pa. Soci. l. mo
deſtinus. ff. de excep. Iaſ. §. actiones. nu. 85. In
ſtitu. de actio. quibus adſtipulatur Dec. con-
ſi. 359. quia eiuſmodi ſtatuta ſunt odioſa, &
8 ſic (ut uulgo dicitur) reſtringenda. Sed nimi-
rum, quia natura ſtatuti eſt, ut extra muni-
cipium uires non habeat; quod in promiſsio
ne non eſt dicendum. Et ideò pro affirmati
9 ua reſponderem, quia prohibitio reſpiciens
perſonam tantum, non bona; prohibiti per-
ſonā ſic afficit; ut quocunque ierit, etiam ex-
tra territorium, prohibitus cenſeatur: ex do
ctrina

ctrina Bald. in l. cunctos popu. quæst. 6. & his quæ congerunt Alexand. consil. 41. in v. Iaſ. 59. in iij. Henri. Boic. tract. ſino. par. 3. art. 2. num. 21. Marſi. l. fi. num. 142. ff. de iuriſ. om. iud. & alij paſsim: aliàs facile huiuſmodi promiſsionibus, fraus ſtrueretur ... territorium impunè reſpectu cau... aduerſus promiſsiones iri poſſ...

SVMMARIVM.

1 *Offenſa quid ſit.*

2 *Offenſa an dicatur, ſi ex ea pœna non infertur.*

QVAESTIO XC.

1 ET quia de offenſionibus, quibus cautiones uiolantur, paſsim comminiſcimur, quæri poſſet, quid ſit offenſa, Barto. in l. licitatio. §. quod illicitè. nume. 4. ff. de publi. ita definit: Offenſa eſt quidquid aliquem ad iracundiam prouocat: & probat ex extrauagan. Frideri. titu. de pa. conſt. in princ. ſubdens, ita tamen ut prouocanti a lege uel ab homine, pœna inferri poſſit: allegat. l. teſtamento. 4. ff. de manumiſ. adduci ſolet etiam tex. l. qui maritum. l. filia in orbitate. ff. de inoffi. teſta.

Sed ipſemet Bar. in l. j. ff. de his quę ut in-
di. quo cum tranſire uidetur Alexand. ait of-
2 fenſam fieri poſſe, etiam quòd ex ea quis pœ
nam non mereatur: ex tex. ubi libertus qua-
ſi indig[illegible]to caret: quia poſt mortem
domi[illegible]aſi illicitæ mercis negociato
re[illegible]i non ideò probat defun-
[illegible]emori[illegible]t accuſa-
[illegible] pro ut lex o[illegible]amuis &
3 [illegible] meruerit [illegible] Bart[illegible]. in l. ſi ita
[illegible]ul. §. griſogon[illegible] in [illegible] priori definitioni
[illegible]entit: quam etiam probauere Ancha. c. ſi
clericos, in fi. de ſen. excom. in vj. & Cor. con
ſi. 51. in j. & receptior uidetur hac in ſpecie;
in qua propter offenſam de graui pœna exi-
genda, plerumque tractatur: ut declarat Bar.
l. cum te. C. de inoffi. teſta. etiam ad ea quæ di
xerat, in d. §. licitatio, ſe referens.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſioni de non offendendo, an ex offenſione uerbali contrauentum dicatur.*

2 *Offenſio perſonalis, & in perſonam, quomodo differant.*

3 *Dictio in, inhærentiam (ut aiunt) ſignificat.*

4 *Verba ſtrictius accipiuntur, quum odium eſt irrationabile.*

Honor

5 *Honor uita clarior.*
6 *Verba, iuxta proferentis qualitatem, accipiuntur.*
7 *Verba, iuxta qualitatem personę, ad quam diriguntur, capienda.*
8 *Dictio in, in materia promiſ. de non offendendo perſonæ tactum requirit.*
9 *Verba promiſ. de non offendendo mitius interpretantur, quum de irrationabili odio tractatur.*
10 *Promiſſioni de non offendendo perſonaliter, uel in perſonam, an ex uerbali offenſa contrauentum dicatur.*
11 *Inſultans cum armis, & admenatione, uel inſequutione, an dicatur perſonaliter offendere.*
12 *Veſtes ſcindens, an dicatur perſonaliter offendere.*
13 *Equum freno retinens, an perſonaliter offendat.*
14 *Auferens equum, ueſtem, pileum è manu uel capite, an perſonaliter offendere dicatur.*
15 *Proijciens iaculum, pugionem, ſaxum, an perſonaliter offendat.*
16 *Archibuſium uel baliſtam exonerans, an dicatur perſonaliter offendere.*
17 *Promiſſioni de non offendendo in perſonam, ſi perſona non tangitur, an contrauentum dicatur.*
18 *Verba ſtipul. ſtrictius interpretantur in promiſſione de non offendendo pro conſanguineis.*

QVAESTIO XCI.

1 AN autem ex offensa, quę uerbis fiat; eiusmodi cautionibus, contrauentum dicatur; perplexa est quæstio, & adhuc male digesta: in qua si rem acu (ut aiunt) non tetigero; saltem, quòd alij rectius, & apertius loquantur, occasionem præstabo. Guiliel. a Cun. in sæpe repetita. l. denunciamus. num. 38. C. de his qui ad eccle. confu. loquens in securitate, concludit eam solis uerbis non rumpi; nisi etiam quis fecerit quidquid potuerit, ut facto impleret; (ut eius uerbis utar) num. 40. Sed quibus uerbis præstita sit securitas, non explicat: Iod. Brug. Enchiri. crimi. cap. 107. ait pacem, seu securitatem, uerbis non infringi; sed facto: sed loquitur in pace seu securitate publica, quã decens est, ex priuatæ personæ uerbali iniuria, non ita facilè uiolari: unde nodus iste distinctionum discrimine soluendus est. Bart. d. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public. his uerbis, hoc negotium dirimit: aut promissum est simpliciter non offendere; & pœna committitur, ex qualibet offensa, qua pœna ueniat imponenda ut supra, aut non offendere in personam, & tunc, quædam offensio nullo

nullo modo fit in perſonam, ut furtum, & adulterium; quædam in perſonam, largè loquendo; ut quando fit uiolentia, rem è manibus auferendo: quædam in perſonam ſtrictè, quando tangitur perſona, uel res perſonæ cohærens; quædam ſtrictius, quando in ipſum corpus, uel circa ea quæ ſunt inſeparabilia a corpore fit offenſio. & his duobus modis offenſio accipitur, quando agitur de pœna & odio rationabili ex proprio delicto: quod & probare uidetur in l. j. §. hoc edictū. num. 5. de nou. ope. nunc. Guiliel. Bald. l. ſi qua per calumniam, in princip. C. de epiſco. & cler. faciunt differentiam inter offenſam
2 perſonalem, quæ continet uerba iniurioſa; & ueſtium ſciſſionem, licet perſona non tangatur; & offenſam in perſonam, qua perſonę tactus requiritur: Bald. conſi. incip. Inſultus & admenatio; quod penes me habeo, & ut plerique aiunt, impreſſum non reperitur; reſpondit, per uerba iniurioſa inſultum, & admenationem, in perſonam offenſam non fie
3 ri, ſed circa perſonam: quia dictio, in, ſui natura inhærentiam, & tranſitum in alium, ſignificat. Idemque ſentire uidetur in rub. ſol. mat. dicens, quòd ſi dictio in, perſonæ iungatur; non denotat perſonæ adhærentiam, ſed in ipſam perſonam: & ideò iniuriam factam

non dici, nisi eam sentiat: subdens quòd nulla uerbalis iniuria in personam dicitur; sed uiolentia. Ancha. d. cap. si clericos, in fin. de senten. excom. in vj. distinctioni Bar. adhærere uidetur; dicens, ꝙ quis offendere dicitur, siue quis uiolentas manus in aliquem inijciat; siue furto quid subtrahat; uel cum uxore adulterium committat. In personam autem si largè loquamur, si quis intendat principaliter circa res, secundariò circa personã; ut in uiolẽtia: si strictè quando tangitur persona, uel res cohærens personę: ut in c. si quis suadente diabolo. 17. q. iiij. si strictius quando fit in ipsum corpus; uel circa ea quæ sunt inseparabilia a corpore, ut circa pilos, & capillos, in qua significatione capi dicit cum o-
4 dium est irrationabile.

Castren. d. l. licitatio, num. 4. aliter distinguit; nempè ut offensio personalis fiat duobus modis: quandoque merè in personam, ut ex uerbis, uel percussione. Item propter rem licet in personam ut in uiolentia, uel ui expulsiua; & ꝙ uerba promissionis accipiatur de prima quæ est merè in personam.

Alexand. ad Bartol. d. §. quod illicitè, transire uidetur cum Bald. d. l. si qua per calumniam: quos sequitur etiam Deci. consi. 406. ubi respondit ex insultu, quem personaliter offen-

offendi, non in personam.

Firma. in reper. in uer. insultus, & uerbo offendere, ait insultum iniuriam personalẽ non dici, nec in personam.

Barba. consi. xj. nu. 12. in iiij. consuluit ex insultu cum admenatione, promissioni de non offendendo contraueniri.

Itaque in tanta scribentium uarietate, sic distinguendum putaui, quòd aut sumus in generali promissione de non offendendo, & nedum facta, sed etiam uerba iniuriosa satis esse, ut quis contrauenisse dicatur; grauia tamen; quæ pœnam mereantur: ut supra: & quæ honori labem inferant: quod etiã iudicantis arbitrio, ex personarum qualitate, residebit: multum namque interest, ꝙ uerba in uiles, & tenuioris fortunæ homines, pro-
5 ferantur; An aduersus nobiles, uel milites, & honoris professores; quibus honos uita sit charior: uulg. l. Iul. ff. si quis omis. ca. test. Si-
6 cut è diuersò ꝙ ab ignaro & rudi, seu uerborum uim non ignorante, procedant: uerba. n. iuxta proferentis qualitatẽ, interpretantur. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & iux-
7 ta qualitatem personæ, ad quam diriguntur, l. plenum. §. equitij. de usu & habi. & uulgo dicitur ex personis dicta ponderantur: ut fu sius docet Alcia. rub. de uerb. signi.

Et in hac promiss.ēt furtum & adulterium contineri uidentur; ut ait Bart. d. §. licitatio. Cor. consil. 44. in iiij. licet Castren. post Barto. & plerique alij repugnent; nisi euidentissimis argumentis appareat furtum & adulterium non ex priore odio, & contemptu, sed necessitate, & libidinis ardore perpetrata: de quibus. s̃. tit. de pa. q. 45.

Aut personaliter non offendere, promissum est; & tunc quamuis uerba iniuriosa largè loquendo, personalem iniuriam afferant: ut aiunt scriben. supra; nihilominus, in hac specie pœnali & odiosa, in qua uidetur promittens saltem ex communi loquendi usu, se ad offensas, quæ nedum honori, sed & personæ fiunt restrinxisse; (strictè & magis propriè uerba accipiendo) uerius uidetur, uerbales iniurias non contineri: sed insultum cum armis, cum insequutione, uel (ut uulgo dicitur) cum admenatione; uestium scissionem; uiolentiam occasione rei; iaculationem, saxi proiectionem; archiperforati (quē archibusium uocant) seu balistæ exonerationem; & similia, in quibus tamen persona nō percutiatur, uel tangatur: quæ offensæ omnes, licet personales dicantur; non tamen in

8 personam: quia dictio in, in specie nostra personæ tactum & intrinsicitatem requirit:

ut

ut utar uerbis Bald.d.rub.ſol.mat.& d. conſil.incip.inſultus. Et ideò ſi promiſsionis reſtrictio in perſonam facta proponatur; eiuſmodi omnia excludi: & offenſas quæ merè in perſonam fiunt, & quibus perſona tangitur, uel percutitur; contineri: ut ex communi ſenſu ſupra allegatorum, elici poſſe uidet.

9 Quòd ſi de irrationabili (ut uocant) odio, tractetur; nempè quia, præter iuris communis diſpoſitionem, quis inuitus, uel de facto, uel conſuetudine etiam pro conſanguineis, promittere coactus fuerit; & pro contrauentione ab eis facta, citra ullam ipſius culpam, grauetur; æquius eſt, ut uerba etiam ſtrictius accipiantur; ut utar uerbis Barto.d. §. licitatio.num. 5. & Ancha.d. cap. ſi clericos: quo caſu ſub uerbis non offendere, uerbales iniuriæ non comprehenderentur; & ſub uerbis non offendere, perſonaliter, eę tantum offenſæ continerentur, quæ tactu uiolento perſonæ uel percuſsione, fieri contingerent.

Vnde ex præmiſsis, præcedentes, & his ſimiles quæſtiones, his concluſionibus facilè diſſolui poſsunt. Videlicet.

Promiſsio de non offendendo generaliter, ſeu ſimpliciter præſtita, etiam uerbales iniurias, graues tamen, arbitrio iudicis, complectitur. XCI.

Promiſ-

xcij. 10 Promiſſio de non offendendo perſonaliter, uel in perſonam, offenſas quæ uerbis fiunt, non continet.

xciij. 11 Inſultans cum armis, cum inſequutione, uel admenatione, dicitur perſonaliter offendere.

xciiij. 12 Veſtes ſcindens, licet perſonam non tangat, dicitur perſonaliter offendere.

xcv. 13 Ephyppia, ſeu freno, equum retinens; licet equitantem non percutiat; dicitur perſonaliter offendere.

xcvj. 14 Auferens equum, ueſtem, pileum & ſimilia è manu uel capite alicuius perſonaliter offendit.

xcvij. 15 Proijciens iaculum, pugionem, ſaxum, aduerſus aliquem, perſonaliter dicitur offendere.

xcviij. 16 Archibuſium, ſeu baliſtam, exonerans cōtra aliquem; perſonaliter offendit.

xcix. 17 Promiſſioni de non offendendo in perſonam, niſi perſona percutiatur, uel tangatur contrauentum non dicitur.

c. 18 In promiſſione de non offendendo, quæ etiam cōſanguineos, pro quibus de iure quis promittere non tenebatur, continet; ſtipulationis pœnalis uerba, ut euitetur pœna, magis propriè & ſtrictius interpretantur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Offensa leuis, an promissioni de non offendendo uim faciat.*
2 *Percutiens saxo sine sanguine, an cautionibus contraueniat.*
3 *Offensæ appellatione, an leuis ueniat.*
4 *Fideicommissum ex leui offensa, reuocatum non censetur.*
5 *Rapiens arma è manibus eius, quo cum pacem habebat, an pacis fractor censeatur.*
6 *Offensa ex ictu cubiti, an pacem rumpat.*
7 *Insultus cum admenatione, an cautiones frangat.*
8 *Insultus cum armis, & persecutione, an cautionibus contraueniat.*
9 *Archibusium dirigens aduersus eum, quem non offendere promiserat, cum exoneratione rotæ tantum, an contraueniat.*
10 *Nocendi potentia ad actum deducta, idem operatur, quòd ipse actus.*
11 *Offensæ leuitas, ex personarum qualitate perpendenda.*

QVAESTIO CI.

1 AN autem ex leui offensa, promissioni de non offendendo contrauentum dicatur, & exactioni pœnæ,

sit

ſit locus; frequens eſt quæſtio, in qua Hyp-
2 pol. Marſil. conſil. 80. in percutiente cum ſa
xo ſine ſanguine, negatiuè reſpondit: quia di
3 cit ipſe num. 32. offenſæ appellatione, leuis
non uenit. allegat l. ſi quis. §. fi. ff. de adimen.
lega. Verum tex. non ait offenſæ nomine le-
4 uem non contineri, ſed ex leui offenſa, fidei-
commiſſum reuocatum non cenſeri. quæ ne
dum facto, ſed etiam uerbis, in ea ſpecie in-
ferri poteſt. allegat etiam Bald. conſi. 58. in j.
aliàs 195. in ij. incip. laudare uos: quòd di-
cat ob leuem offenſam, pacem non uiolari.
Qui nedum hoc non ſentis, quinimmò in di
uerſam ſententiam tendit: dum num. 6. ſcri
bit ex graui ſuſpicione, niſi in actum ſit de-
ducta, pacem non rumpi: quaſi uelit quòd ſi
ſuſpicio in actum deducatur, aliud ſit dicen-
dum: Adduci poſſe uidetur Cor. conſil. 44.
5 in iiij. in ui rapiéte roncam è manibus eius,
quo cum pacem habebat; ſed alio modo cliē
tem excuſare uidetur, nempè ex noua cauſa,
quia aliàs malè conſuluiſſet, & præſertim in
pace, ut inferius ſeq. q. dicetur. & dixi ſupra
q. 96. num. 14. Allegari ſolet etiam in propo
6 ſito Pariſ. conſi. 165. num. 14. in iiij. dicens
ex percuſsione, ſiue ictu cubiti (quam urta-
tionem appellant) pacem non rumpi; ſed &
ipſe d. conſil. Hyp. eiuſque nugis innititur.
poſſentq;

possentque ab eo dicta procedere, si absque dolo processerit, ut sentit nu. 13.

Adduci solet etiam in eadem specie Grat. consi. 73. in ij. qui rectè perpensus, contrarium de diametro respondit ut patet ibi, nume. 5. subdens, quòd pœna sub conditione promissa, si quis offenderit, ex proprietate etiam in minimo uerificatur. Et nimirũ quia promissiones, & cautiones eiusmodi exiguntur, ut omnis delinquendi, tollatur occasio. l. in fundo. de rei uendi. & satis cautum non foret, si percussiones etiam leues, ex quibus ad grauiores plerunq; deuenitur; in promissionibus non comprehenderentur.

Vnde cum essem Illustrissimi & Excellentissi. Ducis Vrbini, fisci patronus, pluries ex
7 facto respondi, & obtinui, & maximè Vrbini, ex insultu cum armis, cum ictu sine percussione, quem admenationem uocant, indutijs seu promissionibus de non offendendo contraueniri: ex his quæ post Bartol. Bal. & Castren. in terminis scripsit Barba. consi. xj. nu. 12. in iiij. per tex. in l. apud labeonem. ff. de iniur.

8 Sicut & in prouincia Montis Feretrij, ex insultu fugando, & insequendo fugientem.

9 Et Pisauri ex insultu cum archibusio, cũ sola rotę exoneratione: quia his omnibus casibus,

ſibus, fecit inſultans quantum in ſe fuit: & nocendi potentia ad actum ipſum deducta eſt: ut in propoſito Bald. in alleg. conſi. dicebat.

Non tamen procedit hęc concluſio, quando promiſſum fuit, in perſonam non offendere, ex ui dictionis in qua denotat corporis tactum: ut ex Bartol. in d. §. quod illicitè, & his quæ in ſpecie ſcripſit Deci. conſi. 406. & dixi ſupra q. 99.

11 Verum in his omnibus, perſonarum qualitates plurimum perpendendas arbitror; & ex his offenſæ leuitatem, uel grauitatem diiudicandam.

Sicut & an de irrationabili odio tractetur; ut puta quòd conſuetudine cogente promittens, pro offenſa a coniuncto, uel adhęrente facta, teneatur: ut a Bartol. ſupra, nume. 6. quem communiter alij ſequuntur, animaduerſum uidemus. ut dixi ſupra. q. præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Pax, an ex ſolo inſultu, cum armorum euaginatione rumpatur.*

2 *Pax, maiorem requirit obſeruantiam, quàm promiſſio de non offendendo.*

QVAE-

QVAESTIO CII.

1 SED quid in pace dicendum; an ex solo insultu, cum armorum euaginatione, rupta dicatur, & Paris.d. consi. 165.num.22.in iiij.& Grat. d. consil.
2 73.nume.5.in ij.affirmatiuè senserunt. Et nimirum quia maiorem obseruantiam exigit pax, ex cuius uiolatione fidei ac honoris fit naufragium; quàm ex contrauentione promiss.de non offendendo, in qua non honoris, sed bonorum iactura uersatur: l.Iul. ff. si quis om.ca. testa.

Et hoc respectu pœnæ legalis, & ut insultantis opinio, penes probos uiros, grauetur, certum puto: respectu uerò conuentionalis, seu Prætoriæ, quæ strictius interpretatur; aliud fortè deliberãdum: ex his quæ superius tractaui, & maximè q. 91.

SVMMARIVM.

1 *Promissioni de non offendendo uel paci, nunquid contrauenisse dicatur, qui eum offendit, qui prius licet ex interuallo, contrauenerat.*
2 *Offensus pro promissione de non offendendo ex noua iniuria repercutere præsumitur.*

Clausula

3 *Clausula rato manente pacto in promis. de non offendendo, quid operetur.*

4 *Pœna in cautionibus de non offendendo adscripta, quando in totum, uel in parte fisco debetur, an offenso ex interuallo repercutere liceat.*

5 *Pœna una & eadem, nunquid posit diuerso iure censeri.*

6 *Fiscus semper obseruat.*

7 *Paciscentes si inuicem communi consensu digladiauerint, respectu fisci pœnam committunt.*

8 *Offendens prior, non potest ex eo contractu agere, cui ipse contrauenit.*

9 *Clausula rato manente pacto; in eius fauorem, qui non obseruauit non operatur.*

QVAESTIO CIII.

1 NEc ea satis frequens omittenda est quæstio, An posteaquam ab una parte promissioni de non offendendo, uel paci, contrauentum est, posit altera etiam ex interuallo repercutere; & iniuriam retaliare; sine conuentionalis, seu Prætoriæ pœnæ metu: in qua omnium consensu admissum uidetur, ut non dicatur ab eo promisio, uel pax uiolata; qui ab aduersario præoccupatus fuit: argum. l. semel mora, ubi Alexan. sol. ma. ex quo enim altera pars promisioni

2 missioni prior contrauenit; ex noua iniuria postremum facinus, potius ortum interpretandum est: l. aut facta. §. causa. ubi Bartol. ff. de pœ. ut post Ioan. And. in addi. ad Specul. rub. de treu. & pa. communi uoto transiuere, glos. Bart. Bald. Castren. l. qui fidem. ff. de transac. Bar. Castren. Alexan. Ias. Dec. Claud. Alcia. l. cum proponas. ij. C. de pac. & in terminis Roma. consi. 155. & 258. & de communi testantur, Alex. consi. 115. in iiij. Cor. 42. in ij. Paris. 164. in iiij. Ceph. 35. in j. & ple
3 rique ex recentioribus; etiam quòd subsit clausula rato manente pacto, & quæ pœna toties committatur &c. quam aiunt tantum in obseruantis fauorem, operari: ut in specie Alex. d. consi. 115. nu. 7. ut si semel offendés, iterum & ex interuallo ueterem iniuriam, nouo facinore recrudescat.

Verum hæc omnia respectu pœnę quę parti sit stipulata, absque controuersia proce-
4 dunt; sed quò ad pœnam, quæ fisco promissa sit, amplius deliberandum: & quòd idem sit concludendum, probare uidetur Roma. d. consi. 155. & 258. & Cor. consil. 51. in j. & 157. in iij.

Sed rectè intuenti contraria sentētia, probabilior uidetur, nempè ut pro ea parte, quæ ad fiscum pertinet, omnino pœnæ locus esse

N debeat;

debeat; ſtante clauſula rato manente pacto, &c. cuius uim & uerba, quæ generalia ſunt, ſi perpendamus; utique non alia eſt facienda interpretatio, niſi ut a quocunque, & quotieſcunque ex interuallo, fiat offenſio, pœna committatur: a quibus uerbis, non aliter eſt recedendum, niſi cum de contraria ſtipulantium mente, liquidò conſtet: uulg. l. non aliter. At facilè credendum eſt, fiſci agentes, qui partes ad eiuſmodi cautiones coegerũt; non aliud proſpexiſſe, niſi ut eo modo caueretur, ut quoad promiſſionem fiſco factam, numquam abſque pœnæ incurſu contraueniri poſſet: ne uno iam ſequuto delicto; ſciret pars offenſa; antequam ſibi manus iterum ligarentur, tutò, & abſque promiſſæ pœnæ metu, poſſe uindictam ſumere, & publicam quietem perturbare: cui quidem Prętor ſatis non proſpexiſſet; ſi ita clauſulam illam interpretemur; ut primo contrauenien te, alius impunè contrauenire poſſet: quia maius ſubeſt periculum, ut pars offenſa, uindictam quærat, quàm ut ſemel offendens, iterem uelit iniuriam refricare: & potius interpretandum eſt, quòd prætor, ubi maius erat periculum, cautius proſpicere uoluerit uulg. iuribus.

Nec aduerſatur Roma. d. conſi. 155. quia

loqui-

loquitur in pœna in compromiſſo appoſita; quo caſu nullus ſubeſt ſcandali timor, & R ei pub. minimum intereſt contractum obſerua ri; ſicut in allegato conſil. 258. quia ſua in ſpecie, non aderat clauſula quæ pœna toties &c. quæ reſpectu fiſci plurimum operatur ut ſ. & promiſsionem, quæ aliàs ſequuta pri ma contrafactione euanuiſſet, ſuſtinere ui- detur.

Nec me mouet Cor. d. conſil. 51. in j. & 157. in iij. quia, uenia dictum ſit, ſine ratio- ne, & ſine lege loquitur.

5 Nec obijciatur prout aliàs mihi obie- ctum fuit, quòd cum una, & eadem pœna promiſſa ſit, non debet diuerſo iure cenſeri. 2
uulg. l. eum qui ædes. de uſufructu. & con- ſequenter fieri interpretatio; ut reſpectu par tis (cui fides non fuit ſeruata) non ſit com- miſſa; reſpectu uerò fiſci ſic; quia non eſt
6 inconueniens quòd parti non obſeruanti, non debeatur; fiſco uerò, qui ſemper obſer- uat debeatur: ut in ſimili probat Alexand. uulg. §. Cato. nume. 45. ſuper j. quæſt. Barto. quem ſequuntur Are. & Nouel. & ut demus inſtantiam patet, quia ſi duo promiſerunt fiſ- co ſe ad inuicem non offendere, ſub pœna
7 centum, pro dimidia fiſco, & pro alia parti applicandorum, & concorditer digladiaue-

 rint,

tint, fidem fregiſſe dicentur ; & quò ad fiſcum attinet, pœnam ſoluere tenentur, licet ad inuicem propter mutuam obſeruantiam, fiat compenſatio; ac pœnæ exactio impediatur, ut aiunt doctores. d. l. cum proponas . & inferius dicetur. Nec ſcribentes in d. l. qui fidem, & in l. cum proponas, & alibi ſupra, rectè perpenſi, aliud ſentiunt, quia omnes loquuntur in promiſſione ad inuicem inter partes facta; & pœna partibus applicanda, nullam de fiſco mentionem facientes : ideo Bald. d. l. qui fidem, prima & ſecunda lectu. ex rationibus, quas allegat; ſemper loquitur quò ad partes, & idem in l. cum propo-
8 nas, dum dicit, quòd primò offendens non poteſt ex eo contractu agere, quem prior fregit: & Caſtren. poſt eum dicens, quòd ex contractu quem quis impugnat, ſe iuuare non poteſt. Iaſ. Deci. Alcia. ſemper loquuntur quando pœna eſt adinuicem promiſſa . ubi
9 declarat Alcia. in v. notab. quantum ſit ad eius fauorem, qui non obſeruauit, clauſulam non operari . & ita ſuadent uerba Alexand. d. conſil. 115. nume. 8. & Cepha. conſil. 37. & quòd in his terminis tantum loquantur ſcriben. ſupra, patet ex legibus quas allegant; nempè in d. l. qui fidem, & l. cum proponas, quarum ratio eſt, ut qui uenit ad-

uersus promissionem, uel contractum; non possit postmodum se in eo fundare; ne eo iuuetur, quod ipsemet impugnare ausus est: quæ ratio in fisco cessat, qui nunquam impugnauit, & cui promissio facta, meritò debet obseruari: ut pluribus exemplis comprobat Alcia. d. l. cum proponas, in princip, & ita Eugubij, aduersus præstantissimos doctores obtinui.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia offendentis, respectu pœna, nunquid principali præiudicium afferat.*
2 *Sententia contra principalem, an aduersus fideiussorem exequi possit.*
3 *Contumacia filij an patri noceat; si statuto pro eo obligetur.*
4 *Confessio unius, eius personam non egreditur.*
5 *Contumacia filij, probationes fisci coadiuuat.*

QVAESTIO CIIII.

1 SICVT nec alia frequentior prætereunda est; An contumacia offendentis, respectu pœnæ in promissione de non offendendo, in pace, uel inducijs contenta, si desint aliæ delicti probationes,

nes,

nes, principali præiudicet. In qua communi uoto, solet negatiuè responderi: ex his quę scribunt Guiliel. in Specu. titu. de exeq. senten. §. sequitur. Bartol. l. eius qui delatorem, nume. 5, ff. de iu. fi. allegans text. in l. ij, §. diuus Hadrianus. eod. titu. & ex rub. & ni
2 gro. C. res inter alios ac. & quia (quidquid sit in fideiussore iudicij) sententia contra principalem, aduersus fideiussorem, contractus, exequi non potest. Bartol. l. j. ff. iudi. sol. ita ut contra fideiussorem, opus sit nouo processu probatione, & sententia prout respondit Commen. consil. 32. incip. inculpatus. & e- 1
3 tiam in ficta filij confessione stante statuto, quod pater pro filij delicto teneatur, disputauit Barto. uulga. disput. statuto Lucanæ ciuitatis. & in l. quum filius. de uerbo. obliga. quem frequenti calculo cæteri sequuntur. & maximè Soci. dicens ita Florentinos, & Senenses aduocatos consuluisse. Bald. l. j. §. si procurator. ff. si quis iudi. non obtempe. &
4 nimirum quia ficta unius confessio, confitentis personam egredi non debet. d. l. eius qui delatorem, immò nec uera, argumen. l. cum quæritur. ff. de excep. rei iudi. & ita in terminis respondit Cor. consi. 211. lib. 3. etiã uera confessione principalis apparente.

Quod limitandum uideretur tunc procedere,

dere, quum principalis ſoluendo non eſſet, ne alterius contumacia, quandoque puſillanimitate, quandoque dolo procedens, fideiuſſori præiudicium afferat, quòd ſi ſoluendo foret, ita ut fideiuſſori aduerſus principalis bona, pro indemnitate daretur regreſſus; aliud ſtatuendum, ex quo finale periculum, ad principalē, qui ſoluendo eſt pertinet. & ſic ceſſat præiudicij ratio, quam DD. ſupra animaduertunt: ut in ſimili probaſſe uidentur Bald. l. j. nume. 5. uer. præterea. & Alcia. poſt eum nume. 20. in fi. uer. ſed quid. ſi lege municipum. ff. ſi cer. pet. & Albe. j. par. ſtatu. q. 180. Sed adhuc ſubſiſto per litium ſumptus, & anfractus, quibus pro indemnitate agendo, uexaretur. quod & ſenſiſſe uidetur
5 Bal. ſupra, & uerius puto. Illud tamen non diffiteor quin leuiores probationes ſufficiāt; ita ut principalis contumacia, maximè filij, & coniunctorum, fiſci probationes plurimum coadiuuet: ut in ſimili Alex. conſi. 65. nu. 10. in j. Grain. deciſ. 11. nu. 14. & 42. nu. 13. & conſi. 57. nu. 20.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi, an in pœna, quæ fiſco & parti ſtipulata eſt; ſolum habeat.*

2 *Fiscus integram pœnam exigere potest, & dare parti.*
3 *Ius accrescendi, in contractibus non procedit.*
4 *Fiscus in pœnis, lucratiuam causam habet.*
5 *Fiscus lieni similis; quo intumescente, omnia membra languescunt.*

QVAESTIO CV.

1 HANC etiam (ut omnem moueam lapidem) præterire non potui; An si pars, promissionis de non offendẽdo pœnã negligat; fiscus, cui altera portio ex stipulatione notarij applicata est; utranq; possit consequi; uel è diuersò: & propter coniunctionem, affirmatiuè concludendum uideretur; uulg. l. re coniuncti, cum simil. & ita aduersus Bal. scripsisse constat Ias. l. re coniuncti. nu. 219.

2 Suadet etiam quia fiscus, integram pœnã exigere potest; & parti cui pœnæ portio applicatur, tradere; ut aiunt Bar. l. j. C. de uendi. rei fis. li. 10. Bal. l. j. C. ne fis. uel priua. & Rimi. l. si quis maior, in fi. C. de transac.

Sed contrarium æquius, & probabilius ui
3 detur; ex generali regula, ꝙ ius accrescendi, in contractibus non procedat. l. si mihi & Titio. de uer. oblig. cum ibi not. & in l. unica. C.

quando

quando nõ peten.par. & in ſpecie uoluit Bal. l. arbiter intra centum. ff. de arbi. & ita ritè perpenſus ſenſit etiam Iaſ. s. licet intellectui Bal.in d.l.arbiter repugnet;quia non id propter fallentiæ ab ipſo traditæ,ꝙ in pœnis ius accreſcendi locum non habeat, contradicit. & in hanc ſententiam tetendit etiam Alcia. d.l.re coniuncti.

4 Nec aliter obſeruatum ſcio. debent.n.uerè Principes, qui in pœnis lucratiuam cauſam habent;ex Dyn.& Bar.uulg.l. non puto. ff.de iu.fi.& Nicoſan.trac. de pigno.4.mem. ij.par.num, 115. portione quæ fiſco ſtipulata eſt,eſſe contenti:eius quod Traianus per-

5 ſępè dicere ſolebat,memores;nempè fiſcum lieni ſimilem fore:quo intumeſcente,cuncta membra extenuantur.

SVMMARIVM.

1 *Aggreſſor ſi non appareat ex duobus inuicem digladiantibus, an reſpectu fiſci, pœnæ in pace, uel ſtipulatione de non offendendo promiſſæ ſit locus.*

2 *Agens ad pœnam docere debet pro eius parte impleuiſſe.*

3 *Rei illicitæ quando quis operam dare dicatur.*

4 *Honor uitæ præponitur.*

QVAE.

QVAESTIO CVI.

1 POSTREMÒ illa etiam quæstio prædictis assuenda est; An si duo ad inuicē digladiantes reperti fuerint; nec constet de aggressore, posit fiscus ad pœnam qua se non offendere promiserunt, uel in pacis contractu stipulatam agere. In qua Seio prçclarissimos uiros negatiuè respondisse.ex doct.gloss.& Bartol.in l.j.§.cum aries; ff. si quadru. paupe. fecis.dic.stare enim potest quòd alter esset insultatus, daretque operam rei licitæ.l. scientiam.§. cum stramēta.ff.ad l. Aquil. & ex his quæ fusius congerit Alcia.tract.de prçs.reg.iij.prçs. 39. & ita in principali articulo probat Tiraq. tract.de pœ. temp.cau. sexagesima.

Sed ea certior est sententiā, quòd nisi saltem probabilibus coniecturis, aggressor appareat, de quibus pleno cornu Alci.supra.respectu pœnæ prætoriæ, quæ fisco promissa est, uterque teneatur: quia glos.& Barto.si rectè perpendātur, loquuntur quò ad pœnam conuentionalem, quæ parti, & non fisco uenit applicanda: ut patet dum dicit ibi Barto. Quid si duo pacem fecerunt, & se inuicem percusserunt; an alter alteri, de pace rupta teneatur;

neatur; si non constat quis primò ruperit,
2 &c. & sic loquitur quò ad partis interesse;
quæ quum non appareat, quòd pro eius parte adimpleuerit; meritò ex contractu pœnā petere non potest: & ita sentiunt Bald. d. §. cum arietes. d. l. scientiam. §. cum stramenta. & in l. ut uim. de iusti. & iu. Ana. c. significasti. ij. de homi. Ange. tract. de malef. uer. & dictus Titius se defendendo. col. 10. uer. quærit gloss. & Ariminen. post eum. & nimirum quia si non constat de aggressore, sed de rixa ad inuicem facta; sequitur quòd ambo rei illicitæ operam dabant: ut probatur ex uer.
3 Bal. d. §. cum stramenta, ubi declarando quādo quis dicatur rei illicitæ operam dare, dicit; Vnde si duo se percusserunt, licet de aggressore nō appareat; uterque punietur: quē & sequitur Cor. consi. 274. litera V. lib. 1. & si secus diceremus, possent duo, qui se non offendere promisissent, ex composito remotis (ut aiunt) arbitris, ad inuicem dimicare; absque metu pœnæ, quam fisco in euentum offensionis promiserunt: & sic Prætoris proui sionem facilè eludere: quod esset absurdum: & publicæ quieti contrarium: & ita in specie nostra declarare uidetur Cagno. in l. si quis maior. num. 94. C. de transac. sicque ego in ducali Auditorio Vrbinen. dum fisci Illustrissimi

ſimi Ducis partes tuerer, obtinui; & pluries iudicaui.


Non tamen negauerim quin quoad pacẽ attinet, quenquam fidei fragum, ſeu proditorem non appellari: ſi ſaltem probabilibus ar
4 gumentis de aggreſſore non liqueret; tum quia de honoris iactura tractatur. qui cuicun que pœnæ pecuniariæ, immò & uitæ, præponitur. uulg. l. Iul. ff. ſi quis om. cau. teſta. tum quia principaliter de partis intereſſe tractatur, cui fides fuit præſtita: quæ fortè paci pariter contraueniendo, in pari dolo uerſata eſt: l. uiro atque uxore. ff. ſol. mat.

FINIS.

RENOVATA






ARMI E DVELLI
EX LIBRIS
DI
GIORGIO ENRICO LEVI